

De Sacra Doctrina, in 1 p., q. 1 de Melchor Cano

Introducción y edición

de

CÁNDIDO POZO S. I.

INTRODUCCION

La importancia de Melchor Cano, dentro de la Escuela de Salamanca, en orden a la renovación del método teológico, es excepcional. Por su obra clásica *De locis theologicis*, es el autor de la primera gran metodología teológica, inigualada, sin duda, en cuanto a influjo posterior.

Las ideas metodológicas de Cano en esa obra suya han sido ya suficientemente estudiadas.¹ Sin embargo, no carecerá de interés publicar sus explicaciones de clase sobre la «sacra doctrina», teni-

1 Baste citar: LANG, A., *Die Loci theologici des Melchior Cano und die Methode des dogmatischen Beweises*, München 1925; GARDEIL, A., *Lieux théologiques*: DTC 9, 712-749; MARCOTTE, E., *La nature de la Théologie d'après Melchior Cano*, Ottawa 1949; BEUMER, J., *Positive und spekulative Theologie* *Kritische Bemerkungen an Hand der Loci theologici des Melchior Cano*: Schol 29 (1954) 53-72.

das en Salamanca en 1548. Con ellas podremos apreciar sus ideas sobre método 15 años antes de la publicación de la obra *De locis*.²

Las lecturas «de sacra doctrina», que editamos, están contenidas en el Códice Ottoboniano latino 286 de la Biblioteca Apostolica Vaticana.³ Lamentamos no poder publicar dos «reportata» distintos, de alumnos diversos, como hemos hecho al publicar los comentarios «de sacra doctrina» de Francisco de Vitoria y Domingo de Soto.⁴ Una publicación a doble columna de dos «reportata» diversos permite mucho mejor la reconstrucción de la enseñanza oral de un maestro, que el texto de un único discípulo no controlado por otro. En el Ms. 58 de la Biblioteca de la Universidad de Salamanca existen unas «Adnotationes in primam partem S. Thomae» de Cano, cuyo texto tiene profundas divergencias con respecto al de Ott. 286. En otra parte hemos explicado las razones por las que pensamos que el Manuscrito de Salamanca, además de ser extraacadémico, no es siquiera copia de un manuscrito académico, sino una refundición, que recoge elementos de otras lecturas de Cano (en particular de lecturas sobre la 2-2) y de algunas reelecciones, que sobre materia «de locis», presume Beltrán de Heredia, tuvo Cano entre 1548 y su ida a Trento.⁵ La existencia de esas reelecciones, a que se refiere Beltrán de Heredia, se ve confirmada por una referencia del manuscrito, que editamos.⁶ Por sus profundas divergencias con respecto a Ott. 286, el Manuscrito de Salamanca

2 Las lecturas, que publicamos, son anteriores en doce años a la muerte de Cano. La edición primera de la obra *De locis* fué póstuma.

3 Para la descripción del manuscrito cfr. Pozo, C., *La teoría del progreso dogmático en los teólogos de la Escuela de Salamanca*, Madrid 1959, pag. 122, nota 95. Al igual que indicábamos allí, no reproducimos las frecuentes correcciones de otra mano, existentes en el manuscrito, cuando se limitan a poner entre líneas, con más clara grafía, la misma palabra que estaba obscura en el manuscrito. La cita de Cano, *De locis*, que en el núm. 44 se hace en tercera persona, no es dificultad contra la autenticidad; es una adición marginal de otra mano, sin duda muy posterior. Por lo demás, esa misma mano anota al margen en el núm. 50: «Opinio Cani»; con esta advertencia encabeza el siguiente párrafo del Ms.: «Contrariam sententiam ego indubitanter teneo».

4 ArchTeolGran 20 (1957) 307-426; 21 (1958) 199-295.

5 Pozo, C., *La teoría del progreso dogmático en los teólogos de la Escuela de Salamanca*, Madrid 1959, pag. 122ss.

6 «Est dubium: si non possumus rationibus demonstrativis adversus paganos neque principiis fidei, quae non admittunt, quibus mediis est agendum contra eos? De hoc vide in nostra repetitione». Núm. 46.

no puede ser publicado a doble columna con él; dado el carácter de extraacadémico y de refundición, que posee el Ms. 58 de la Universidad salmantina, la elección del manuscrito, que debía ser editado, tenía que hacerse a favor de Ott. 286, que, a pesar de sus imperfecciones, refleja directamente las explicaciones de clase de Melchor Cano.

Comparando con las lecturas de Vitoria y Soto anteriormente publicadas, nuestra impresión es que Cano utiliza la Sagrada Escritura mucho más abundantemente que ellos. Su erudición teológica es sensiblemente semejante. Cayetano es, sin duda, el teólogo de la Escuela tomista, al que Cano más frecuentemente se refiere,⁷ aunque su admiración por él no sea absoluta.⁸ Capréolo es citado muy parcamente⁹ y Diego de Deza sólo una vez.¹⁰ Escoto y su problemática están muy presentes en estas lecturas.¹¹ De la Escuela nominalista son frecuentes las referencias a Gregorio de Rímini,¹² Gabriel Biel¹³ y Pedro Auréolo.¹⁴ También encontramos repetidas veces el nombre de Durando.¹⁵ Varias veces se alude a Pedro Lombardo,¹⁶ como también a Tomás Netter¹⁷ y a Juan Driedo.¹⁸ A Nicolás de Lyra,¹⁹ Juan Gersón²⁰ y Erasmo²¹ se les cita una vez respectivamente.²²

7 Cfr. num. 8, 20, 21, 24, 44, 46, 52, 55.

8 «Unde multi clarissimi viri confidentes proprio ingenio sunt decepti, ut Caietanus, Durandus et alii, quorum nomina reticere animadvertimus». Num. 17. Resulta casi sorprendente la asociación de los nombres de Cayetano y Durando.

9 Num. 22 y 28; la primera de estas dos veces, como fuente para hacer una cita de Auréolo.

10 Num. 23.

11 Num. 5ss, 20, 22, 26, 27, 37, 38.

12 Num. 22, 26, 32, 37, 39, 44.

13 Num. 22, 26, 32.

14 Num. 22, 27, 32, 36, 37. En el num. 22 se cita a Auréolo a través de Capréolo.

15 Num. 22, 27, 32, 37, 44, 50.

16 Num. 1, 37, 39, 44.

17 Num. 49, 50, 51.

18 Num. 14, 49, 50.

19 Num. 60.

20 Num. 50.

21 Num. 54. En el num. 15 se encuentra otra referencia a Erasmo pero tachada en el Ms.

22 No tenemos en cuenta las referencias, que se hacen en el num. 44 tomándolas de Cayetano.

A los luteranos se les nombra expresamente sólo una vez,²³ pero se alude a ellos en varias ocasiones más.²⁴ No era desconocida de Cano la problemática protestante.

Todo el movimiento renovador del método teológico, que se desarrolla en Salamanca, debe concebirse como una superación de los defectos, que puede tener un concebir la Teología demasiado exclusivamente como Teología de conclusiones. Vitoria reconocía la existencia de dos tipos de Teología: una Teología cual la realizaron los Santos Padres, más positiva y más dedicada a explicar el sentido de las verdades reveladas (inteligencia de la fe) y otra la escolástica (sería más propio decir tomista), que es esencialmente Teología de conclusiones (ciencia de la fe). Ante estos dos tipos de Teología, Vitoria resolvió el problema postulando la integración de ambos.²⁵ Domingo de Soto parte, por el contrario, de la noción tomista de Teología, a la que considera la única auténtica y la única que puede ser llamada Teología en sentido estricto. Los defectos de la exclusividad de una Teología de conclusiones se evitan —parcialmente al menos— subrayando que no hay razón ninguna para que ese tipo de Teología no realice previamente una explicación de los principios en el más estricto sentido de inteligencia de la fe.²⁶ No insistió, sin embargo, en la importancia de lo positivo²⁷ y tal vez sea ésta la más grave limitación de sus ideas sobre método.

A nuestro juicio, Cano da un paso más. Al igual que Soto, parte de la noción tomista de Teología, pero para insistir en seguida en que en esa noción hay dos funciones fundamentales: poner los

23 Núm. 48.

24 «Haeretici moderni» núm. 57. Véase también núm. 14, 51, 63.

25 Cfr. ArchTeolGran 20 (1957) 316ss.

26 Cfr. ArchTeolGran 21 (1958) 205s.

27 Ibidem. Quizás se manifieste la mentalidad de Soto ya en sus actuaciones tridentinas sobre los estudios bíblicos y la Teología escolástica, cfr. BELTRAN DE HEREDIA, V., *Domingo de Soto en el Concilio de Trento: CiencTom* 63 (1942) 138-147.

principios y deducir las conclusiones de ellos.²⁸ Ambas se relacionan como lo imperfecto a lo perfecto.²⁹

La primera función es algo intrínseco a la Teología y no algo previo.³⁰ Cano insiste en la necesidad de amplios conocimientos positivos para realizarla convenientemente: la Sagrada Escritura,³¹ los Concilios, tanto universales como particulares,³² los actos magisteriales pontificios,³³ los Santos Padres³⁴ y los Doctores³⁵ son otras tantas fuentes, que el teólogo debe conocer amplia y pro-

28 «Eadem doctrina censetur esse, quae docet principia [et quae docet conclusiones]». Num. 16. «Eadem doctrina et facultas censetur apud omnes philosophos, quae constituit principia et quae colligit conclusiones ex his principiis et defendit et arguit. [...] Sic [etiam] est consideranda sacra theologia: altera pars est in qua iaciuntur fundamenta et altera quae colligit conclusiones; tamen eadem est facultas» Num. 17. «Perfecta doctrina duas habet partes: alteram, in qua constituit principia et iacit fundamenta, super quae aedificat; et alteram, qua probat et concludit. [...] Sic etiam in theologia». Num. 28. Comparar con *De locis*, 2, 4: «Sed et duas esse cuiusque disciplinae partes exploratum est. Unam, in qua principia ipsa tanquam fundamenta ponimus, statuimus, firmamus. Alteram in qua principiis positis, ad ea, quae sunt inde consequentia proficiscimur» (*Opera*, t. I, Matriti 1764, pag. 33).

29 «Eadem est facultas, quamvis quando solum versatur circa principia est imperfecta; tamen ad hoc quod sit perfectus theologus oportet ut sciat colligere conclusiones». Num. 17.

30 Nótese las expresiones «eadem doctrina», «eadem doctrina et facultas», «eadem est facultas», «perfecta doctrina duas habet partes» en los pasajes citados en la nota 28.

31 «Ille est ineptissimus ad arguendum in hac doctrina, qui nunquam revolvit arcana scripturarum; neque dicendi sunt theologi». Num. 47.

32 «Si ignoraverint concilia hactenus congregata tam provincialia, quam generalia, non sunt apti ad disputandum in hac materia». Ibid.

33 «Qui ignoraverit definitiones pontificum et epistolas decretales et ius canonicum (hoc dico, maxima ex parte) non est idoneus theologus, utpote ex magna parte sunt definita ex summis pontificibus». Ibid.

34 «Qui fuerint ieiuni in lectione sanctorum, ut Hieronymi, Ambrosii, Gregorii, etc., carent magna ex parte principiis huius scientiae». Ibid. En el núm. 49 se afirma que negar que un libro es canónico, contra la afirmación unánime de los Padres, es herejía. Fórmulas semejantes, incluso más generales, se encuentran en Cano ya en 1544; cfr. Pozo, C., *La teoría del progreso dogmático...* pag. 134. El «consensus Patrum» es infalible.

35 Probablemente la expresión «doctores» tiene un sentido más amplio que «Santos Padres», cuando Cano reprende a los «scholastici, qui ubi disputantes aegre admittunt auctoritates doctorum, dicendo, ad rationem, ad rationem»; tales escolásticos «male agunt, si auctoritas est ad propositum, nam melius argumentatur quam cum ratione». Ibid.

fundamente y en las que hallará los principios de su ciencia,³⁶ de los que después deducirá conclusiones. Se reconocerá aquí fácilmente la concepción fundamental de la obra *De locis*: una indicación detallada de los «lugares» de argumentación, en los que el teólogo encuentra los principios.

A la primera función pertenece también —ya que es distinta del trabajo de deducir conclusiones— la explicación de los principios (Glaubensverständnis en la conocida terminología de Beumer);³⁷ explicación que puede hacerse incluso mediante metáforas.³⁸ A esta primera función pertenece también el uso de argumentos de razón para probar los principios.³⁹ Es claro que no todos los principios teológicos pueden ser probados por razón con argumentos convincentes; sin embargo, siempre será posible el uso

36 Es característico que, de los que desconocen alguno de esos «lugares teológicos» (en concreto Cano se refiere a los que no conocen suficientemente los Padres) se diga: «carent magna ex parte principiis huius scientiae». Ibid.

37 «In prima parte non supponuntur principia, sed explicantur a magistro discipulis, ut discant. Et explicantur meliore modo quo potest». Num. 28. Comparar con *De locis* 2,4: «In illa vero, quam priorem esse diximus, licebit utique, non solum obscura perspicuis illustrare, sed etiam minus nota principia, ex his, quae sunt nobis notiora, ostendere». (*Opera*. t. 1, pag. 34). BEUMER piensa que con esto no se traza consecuentemente la línea divisoria entre Teología positiva y especulativa (a. c., Schol 29 [1954] :9 nota 17); por nuestra parte, pensamos más bien que las dos funciones, que Cano distingue en la Teología, no son en su mente Teología positiva y Teología especulativa; la división se hace más bien —y muy consecuentemente— entre una Teología, que es a la vez positiva y Glaubensverständnis, y otra, que es Glaubenswissenschaft.

38 «Diximus enim duas esse partes in qualibet disciplina: altera in qua nititur probare et ponere principia; altera in qua infert et demonstrat conclusiones. In hac vero, cum demonstret, non debet uti metaphoris; in prima vero parte, bene; nam et Philosophus 1 Physic. volens probare in qualibet re naturali esse materiam et formam et esse privationem, addit metaphoram de rebus artificialibus». Num. 53.

39 «Theologia in prima parte, in qua ponit principia, concedo quod eo modo, quo potest, probat et suadet, ut fit in arte mechanica: [primo enim ponit principia, scilicet, lapides etc.]; postea vero aedificat. In secunda vero parte, theologia non probat principia, sed supponit et ex illis infert conclusiones». Núm. 29. «Itaque quando principia sunt difficilia, suadentur; si ille, cui suadentur principia, admittit testimonia, novum probat eidem testimoniis; [si non admittit?], rationibus». Num. 28.

de razones de congruencia.⁴⁰ Creemos este punto de suma importancia: el campo de la razón en Teología es, para Cano, bastante más que la pura deducción de conclusiones; aun prescindiendo de la explicación de los principios, muchas veces consiste en un uso de argumentos puramente filosóficos o racionales para probar verdades reveladas. Ya Vitoria lo concebía también así.⁴¹

Lo especulativo, por tanto, no está reducido, para Cano, al trabajo de la segunda función teológica. Tiene también dos formas posibles de actuación dentro de la primera. Lo positivo interviene en la primera función teológica y constituye el primer paso de la «positio principiorum».

Dada la amplitud de la labor especulativa, no puede en Teología despreciarse la importancia de la razón⁴² ni la autoridad de Aristóteles.⁴³ Es característica, sin embargo, la afirmación de Cano, referida, sin duda, a la primera función teológica, de que en Teología se prueba mejor por autoridad que por razón.⁴⁴

Esta última afirmación no podrá olvidarse al intentar juzgar el equilibrio, que Cano pretende, entre lo positivo y lo especula-

40 «Duplicia sunt quae possumus cognoscere de Deo; et naturaliter, et sic potest theologus contra negantem ex illo principio lumine naturae cognito argumentari». Num. 46. «Argumentis verisimilibus et habentibus probabilitatem et congruentiam potest theologus probare sua principia, non tamen demonstrative; et sic theologus potest suadere adversarios». Ibid. Comparar con *De locis* 12, 4: «Quod si quae argumenta fidei decretis comprobandis sancti doctores afferunt, congruentia illa esse, non evidentia: probabilia, non necessaria: suadere, non cogere: adducere, non evincere». (*Opera* t. II, pag. 156). Por lo demás, téngase en cuenta que las verdades reveladas *per se* son tales que no se puede dar de ellas argumento convincente; las accesibles a la razón son «quasi per accidens divinitus revelata, propter eos, qui eorum demonstrationem et evidentiam non habent». (*De locis* 12, 4, *Opera* t. II, pag. 155).

41 Cfr. ArchTeolGran 20 (1957) 315 not. 55 y 56.

42 «Infertur quod repudiare omnino rationes naturales est ineptissimum; et sistere solum in auctoritatibus et repudiare rationes, ut lutherani faciunt». Num. 48.

43 «Infertur etiam quod qui Aristotelem abominantur in disputatione theologica, sunt parum instructi in hac doctrina, utpote in probando ratione naturali excedit omnes alios; et sic locus ab auctoritate Philosophi non est contemnendus». Ibid.

44 Véase el pasaje citado en la nota 35.

tivo en Teología. De este equilibrio sería un ejemplo acabado Santo Tomás.⁴⁵

Tiene también importancia el subrayar que para Cano la deducción de conclusiones no se orienta tanto a buscar un conocimiento de nuevas verdades, cuanto a alcanzar una mayor inteligencia del principio, que es punto de partida. Una verdad no es plenamente conocida, hasta que no conocemos todas las virtualidades contenidas en ella.⁴⁶

Es sugestivo, en orden al sentido religioso de la Teología, cómo, según Cano, ni la primera función teológica puede obtenerse por solo ingenio humano⁴⁷ ni la deducción de conclusiones puede realizarse en su conjunto libre de errores sin auxilio divino.⁴⁸

Las ideas de Cano sobre la «sacra doctrina» coinciden con su manera de concebir la Teología en su obra *De locis*⁴⁹ y entran perfectamente dentro del espíritu de Vitoria. Es característica su insistencia en la necesidad de amplios conocimientos positivos. Por otra parte, de hecho Cano está realizando, con una nueva formulación, el postulado de Vitoria de integrar los dos tipos de Teolo-

45 «Et sic male dicunt luther[an]i S. Thomam plenum esse doctrina Philosophi, non sacrarum doctrinarum; quod est falsum, nam et ex Philosopho et praecipue ex sacra doctrina plenus est». Num. 48. Comparar con *De locis* 12, 11: «Quanto D. Thomas copiosior et nervosior est, qui non solum aut rationi, aut auctoritati confidit, sed omni modo argumentatur, et accurate ex omni loco disserit, testimoniisque simul ac rationibus conquisitis disputat». (*Opera* t. II, pag. 238).

46 En un pasaje, en que habla de la deducción de conclusiones, dice: «Ad rectam et sanam intelligentiam principiorum pertinet explicare propositiones, quae in illis principiis includuntur». Num. 17. Comparar con *De locis* 8, 2: «Colligit enim theologus ex principiis fidei a Deo revelatis conclusiones suas, atque in principiis ipsis implicitas per argumentationem naturae consentaneam explicat». (*Opera* t. I, pag. 487).

47 «In hoc haeretici falluntur: in eo quod putant intellectum sacrarum litterarum humano ingenio posse comparari». Num. 14.

48 «Quamvis sit una pars huius doctrinae, quae humano ingenio potest colligi, id est, aliquas conclusiones, tamen ad omnes propositiones necessarias colligendas non poterit absque auxilio divino. Unde multi clarissimi viri confidentes proprio ingenio sunt decepti, ut Caietanus, Durandus et alii, quorum nomina reticere animadvertimus». Num. 17.

49 Es interesante una comparación de las ideas de método de Cano en estas lecturas, con las que recoge BEUMER de la obra *De locis* en el artículo, que citamos en la nota 1.

gia, patristica y escolástica. De las dos funciones de la Teología, la primera es la que realizaron los Santos Padres; ⁵⁰ a ella da su perfección añadir la segunda función deductiva de conclusiones. ⁵¹ Dentro del espíritu de Vitoria, Cano da así una nueva estructuración más coherente (Vitoria se limitaba a casi una yuxtaposición) y más tomista, en cuanto que muestra las posibilidades de la noción tomista de Teología debidamente entendida, sin empobrecimientos innecesarios. Se podría preguntar si no se supervalora así la función deductiva, haciendo de ella la perfección última del quehacer teológico. Tal vez sea así. En todo caso, la posición de Cano estaba determinada por la noción aristotélica de ciencia, de la que en la práctica no podía separarse.

50 En el num. 17 se parte de la objeción, según la cual la teología escolástica sería adquirida y no como la que realizaron los Santos Padres. La respuesta es: «Modo ad argumenta, non est eadem facultas theologia disputativa et sacra scriptura, nego. Immo est eadem, cuius una pars, scilicet, sacra scriptura versatur circa principia, reliqua circa conclusiones». La Teología de los Padres correspondería a la primera función teológica de la concepción de Cano.

51 «Eadem est facultas, quamvis quando solum versatur circa principia est imperfecta; tamen ad hoc quod sit perfectus theologus, oportet ut sciat colligere conclusiones». Ibid.

TEXTO DEL COMENTARIO

Códice Ottoboniano latino 286 de la Biblioteca Apostólica Vaticana

EX CODICIBUS IOANNIS ANGELI DUCIS AB ALTAEMPS.
SUPER PRIMAM PART. S. THOMAE. DE DIVERS. MATER.

[f. 85r] MAGISTER CANO. ANNO 1548.

PRIMA PARS SANCTI THOMAE. QAESTIO PRIMA, ARTICULUS PRIMUS.

[1] Exponit prooemium Magistri, quod sumpsit ex 3.^o de Trinitate divi Augustini. Ponit divisionem Magistri: dividitur enim in 4or libros, quos Sententiarum vocamus. Ulterius ponit divisionem, scilicet scientiarum: alia de re; alia vero de signis etc.

[2] **Prima pars Sancti Thomae.**

Articulus primus. An praeter physicas disciplinas sit necessaria alia doctrina.

Primo quaeritur an res sit et quid sit, ^a ut Philosophus in Posterioribus. Ita enim S. Thomas hunc ordinem servat: primo an sit, id est, an sit necessaria.

Primo oportet declarare ^b [titulum] quaestionis:

Primo quid sit physica; est [enim] nomen ambiguum. Habet duas significationes, quemadmodum hoc nomen: naturale; primo ens mobile et naturale ^c est subiectum philosophiae naturalis; alio modo naturale est quod distinguitur contra supernaturale. *Hic* ^d S. Thomas quaerit an praeter physicas scientias, quae lumine naturali procedunt, sit alia necessaria.

a Ms. una palabra tachada

b Ms. una palabra tachada

c Ms. una palabra tachada

d Ms.: hinc

2us terminus est ^e doctrina. Et nota quod doctrina est quidquid doceri potest.

3.^o [ly] necessario habet duplicem significationem: videlicet, absolute necessarium, ut est Deus; *aliud* ^f *ex suppositione*, [ut] sumere cibum, ut animal vivat. Et hoc necessarium est duplex: primo modo, facta suppositione, [cibus] est necessarius simpliciter ad vivendum; 2.^o modo est ut sine illo incommode finis comparetur ^g: verbi gratia, equus est mihi necessarius. Hoc Philosophus 3.^o Metaph. et libro 12, cap. 7. Et ad Philippenses 3, [1] sunt huiusmodi necessarii et 1 Corinthiorum c. 12, [21s].

[3] S. Thomas ponit unam distinctionem:

1.^a propositio: necesse est ^h [habere] *aliam* doctrinam revelatam de his quae superant rationem humanam. Antecedens probatur Isaiae [64, 4].

2.^a conclusio: ad ea quae naturaliter cognosci possunt de Deo, necessaria est aliqua doctrina praeter physicas disciplinas; [ut Deum esse, esse simplicem, infinitum etc., quae communius, citius et tutius sciuntur per divinam revelationem]. Probat tripliciter S. Thomas hanc propositionem.

[4] [f. 85v] Circa hunc articulum, primum dubium est circa primam partem conclusionis primae: dicit enim esse necessariam. Illa probatio nihil valet. Probatur: solus Dei oculus vidit, ergo excedit lumen rationis; 1 Corinthiorum c. 2, [9] Paulus adducit illam auctoritatem Isaiae probans quod solus Dominus cognovit Incarnationem; ergo male probat suam conclusionem illa auctoritate; ergo.

Resp. quod aptissime convincit et probat S. Thomas, quoniam illa auctoritas habet duas expositiones. Prima: oculus non vidit absque te, id est, absque tuo auxilio. 2.^a: absque te, id est, absque oculo tuo; hoc est: nullus videt nisi ille, cui Deus revelaverit. Probat Augustinus [conclusionem S. Thomae] 11 de civitate Dei c. 3: quando ego non video rem aliquam oportet ut ego recipiam ab illo qui videt; ita cum non videamus finem supernaturalem, ergo oportet credere per fidem. Et hoc est Ioannis cap. 1, [18]: Deum nemo vidit unquam; et 3, [31s]: qui de terra est, de terra

^e Ms.: disciplina (tachado)

^f Ms.: alio

^g Ms. una palabra tachada

^h Ms.: quod (tachado)

loquitur; qui de coelo venit, super omnes est; et quae vidit, loquitur.

Ad illud Pauli 2 Corinthiorum [2, 9] dicetis quod probat Incarnationem etc. Resp. quod, licet Paulus [hoc] ad probandam Incarnationem afferat, non est contra S. Thomam, nam prophetia in plurali loquitur. 2.^o resp. quod Apostolus generaliter loquitur de sapientia evangelica et non solum de Incarnatione Dei; patet enim ex contextu litterae Apostoli.

[5] 2um dubium est de probatione antecedentis probationis S. Thomae; supponit S. Thomas finem hominis esse supernaturalem. Arguo sic: Deus est finis naturalis; ergo.

Antecedens probatur 1.^o Ethicorum c. 2: docet esse finem ultimum hominis, qui est summum bonum et hoc est Deus; ergo secundum lumen naturae homo habet ultimum finem, scilicet Deum.

2.^o probatur ex S. Thoma 1-2, q. 1, art. 5; ergo est finis naturalis hominis. In hac etiam 1.^a parte, q. 12, art. 1 est maxima difficultas: inest homini et a natura pertingere ultimum finem; desiderium naturae non frustratur; sed homo naturaliter desiderat videre finem; ergo est a natura et non supernaturalis finis.

3.^o probatur: homo naturaliter appetit suam perfectionem; ergo maxime naturaliter maximam [f. 86r] perfectionem; sed haec est finis ultimus; ergo finis seu beatitudo est finis naturalis et non sepernaturalis.

4.^o probatur: homo natura appetit quietem suam; sed non est quietus donec perveniat ad Deum; ergo finis est naturalis. Probatur minor ex Augustino 1.^o Confessionum c. 1: fecisti nos, Domine, a[d] te et inquietum est cor nostrum donec quiescat in te; ergo.

5.^o probatur ex Augustino 1.^o libro de praedestinatione c. 5: posse habere finem et [posse] habere charitatem, naturale est. Tunc arguo sic: est naturalis potentiae posse habere cognitionem et amorem Dei; ergo [et] finisⁱ ad quem ordinatur; [ergo] ille finis est naturalis.

6.^o quod est commune speciei, omnibus individuis naturale est: sed omnibus hominibus est commune appetere finem [scilicet Deum]; ergo [Deus] finis est naturalis.

Propter hanc et similia argumenta Scotus tenet in prima quaes-

i Ms.: finem

tione 1 Sent. et in 4, dist. 49, q. 11, quod Deus est finis naturalis hominibus.

[6] S. Thomas tenet oppositum et dicit quod est supernaturalis hic in c. et 1-2, q. 109, art. 5, ad 3um. Et revera ita est ut S. Thomas tenet. Et probatur sententia S. Thomae.

Et suppono quod homo non potest consequi sine auxilio particulari Dei finem suum. Probatur ad Romanos 6, [23]: gratia Dei vita aeterna, id est, per gratiam Dei datur, non per vim naturalem hominis; ergo est supernaturalis. Ad Ephesios 2, [8]: gratia Dei estis salvati per fidem et hoc non ex vobis, id est, non ex viribus naturalibus; ergo. Et ad Rom. 9, [16]: non igitur volentis nec currentis, sed miserentis Dei; ergo. Et probatur Matthaei 19, [25s]: quis ergo salvus poterit fieri? Respondet: apud homines hoc impossibile est, apud Deum omnia suntabilia.

[7] Hoc principio supposito, in quo convenit Scotus et S. Thomas; sed S. Thomas asserit: cum homo non possit assequi finem [viribus naturalibus], ergo est supernaturalis. Scotus negat.

Probat S. Thomas: media et finis habent proportionem; ergo, si media sunt supernaturalia, et finis. Maior probatur, quoniam tota ratio mediorum sumitur [f. 86v] a fine, quoniam qualis est finis, talia debent esse media; ergo, si media, ut fatetur Scotus, sunt supernaturalia, et finis.

2.º probatur: Philosophus 3 de anima: natura non deficit in necessariis, quoniam alias esset manca; sed si natura provideret finem et non media, esset improvida; ergo, si natura providit finem aliquem naturalem, [ergo] et media naturalia, quibus possit consequi talis finis; cum ergo media sint supernaturalia, ergo et finis.

3.º: natura esset vana, si constitueret aliqua media et non praefigeret aliquem finem; Philosophus 1.º Politic. c. 1: Deus et natura nihil faciunt frustra; ergo natura esset vana et frustra operaretur, si non praefigeret finem, cum det media; ergo eodem modo natura est vana, si dat finem sine medio; ergo Scotus male dicit finem esse naturalem et media supernaturalia.

4.º arguo. Et suppono [quod] adeptio boni et ipsum bonum pro eodem computatur: verbi gratia, si aliquis appetit panem, nihil aliud est comedere panem quam appetere panem; idcirco [enim] appetit. Tunc arguo sic: videre Deum et consequi ipsum est finis supernaturalis; ergo si videre Deum et habere ipsum est supernaturale, ergo Deus ipse est supernaturalis.

[8] Ad argumenta respondeo :

Philosophus 1 Ethic. c. 2: est finis naturalis etc. Resp. quod Deus dupliciter est finis hominis et naturalis et supernaturalis, ita ut, si nihil praepararet Deus diligentibus se supernaturaliter, ut gloriam etc., adhuc ipse Deus maneret finis naturalis hominum; et, e converso, dato quod non esset Deus finis *naturalis* ^j, esset finis supernaturalis, si praepararet gloriam etc. Itaque Deus est finis [2r]: uno modo, ut potest naturaliter cognosci ^k et sic est finis naturalis; alio modo, ut revelatur per finem et ut datur nobis gratia Dei, communicatur nobis [f.87r] et ut est bonum supernaturale ita nobis communicatum ^l est nobis finis supernaturalis. Et sic pueri qui sunt in limbo habebunt cognitionem Dei ut est finis naturalis; beati vero ut est finis supernaturalis. Itaque vera est propositio Philosophi quod est finis naturalis et vera est sententia S. Thomae.

Ad auctoritatem S. Thomae 1-2, dico quod verum est quod Deus est finis naturalis prout cognoscitur lumine naturali et est supernaturalis prout cognoscitur revelatione. Ad illud 1 p., q. [12, a. 1], in quaestione illa respondebimus; pro nunc dicendum quod illa potentia est supernaturalis.

Ad illud, scilicet, homo naturaliter appetit suam perfectionem, resp. distinguendo: vel quaeris de perfectione naturali et sic concedo [totum]; si loqueris de perfectione supernaturali, in qua consistit beatitudo christiani, nego.

Ad illud, homo naturaliter appetit quiescere, concedo; sed non potest quiescere nisi in Deo, etiam concedo; ergo homo sua natura potest assequi [finem], si intelligas ut beati, nego.

Ad illud Augustini, potentia ad credendum est naturalis etc.; propter hoc Caietanus in fine 1ae partis movet quaestionem extra vagantem, scilicet, an potentia ad actus supernaturales debeat dici naturalis vel supernaturalis vel oboedientialis, ut thomistae loquuntur; et respondet quod debet dici et est supernaturalis. Et probatur: potentia faciendi miracula est supernaturalis et non nisi quia actus, scilicet miraculum, est supernaturalis ^m; ergo cum videre Deum sit supernaturale, etiam potentia videndi Deum [erit super-

j Ms.: supernaturalis (super tachado).

k Ms. dos palabras tachadas

l Ms.: ita (tachado)

m Ms.: ergo potentia est supernaturalis (tachado)

naturalis]. 2.^o: potentia activa et potentia passiva mutuo se respondent; hinc 3.^o de anima posuit Philosophus intellectum passivum et activum, quoniam potentia activa et passiva proportionantur; et si passiva est naturalis, ergo et activa; sed non est potentia activa naturalis, quae [f. 87v] possit reducere hominem ad videndum Deum, [ergo nec potentia passiva]. 3.^o: si potentia illa videndi Deum esset naturalis, non egeret lumine gloriae, quo adiuveretur. Patet ex Clementina Ad nostrum, Extra De haereticis: dicit quod intellectus noster indiget lumine gloriae elevante; ergo naturaliter non potest intellectus. Ad illud Augustini, scilicet, quod naturale est homini etc., respondet quod [largo modo] appellat omnes homines, [quatenus, scilicet, omnes sunt capaces beatitudinis,] posse credere sua natura; fideles etiam possent credere [naturalia]; et [ita exponit S. Thomas in De Veritate q. 14, a. 10, ad primum; exponit etiam quod habere fidem est naturae, id est, quod natura humana habet potentiam oboedientialem ad fidem, id est, non resistit his, quae sunt fidei etc.].

[9] Quaeritur an esse aliqua doctrina revelata sit de fide. Respondetur quod est de fide, scilicet, quod requiritur scientia revelata ad finem consequendum.

Patet ex Concilio Milevitano c. 4 adducente illud Psal. 93, [10ss]: qui docet hominem scientiam etc.; beatus homo, quem tu docueris; vanae sunt cogitationes hominum. Ergo indigemus Dei eruditione.

2.^o probatur ex epistola Concilii Carthaginensis ad Innocentium, ubi adducuntur ad Rom. 8, [26]: quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus adiuvat infirmitatem nostram; ergo: et 2ae Corinth. 3.^a, [5]: non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est; 3.^o illud 2ae Corinthiorum 4, [6]: Deus, qui dixit de tenebris, ipse illuxit in cordibus nostris; ad Galatas 4, [1-9]; ultimo, Sapientiae 9, [10]: mitte illum de sede sancta tua etc. Ergo est de fide.

[10] Et 4um dubium an omni tempore fuerit doctrina revelata necessaria an in sola lege novaⁿ. Et ratio dubitandi est quoniam multa sunt necessaria in lege nova, quae non fuerunt necessaria credere in lege veteri: verbi gratia, credere in Trinitatem, credere in Christo Incarnato et alia; possent enim homines salvari

n Ms.: 8

ñ Ms.: naturae

per solam legem naturalem; postea vero, Deo revelante, sunt necessaria.

Pro parte negativa, probatur quod omni tempore non fuerit doctrina revelata necessaria. Probatur Isaiae 54, [13]: ponam universos filios tuos doctos a Domino; [f. 88r] et Ioannis 6, [45]: [erunt omnes docibiles Dei]. Patet: aliis verbis declarat hanc prophetiam intelligi de lege nova; ergo satis erat in lege naturae lumine naturali doceri.

2.^o satis erat in lege naturae scire Deum esse et esse remuneratorem; sed [natural] poterant cognoscere; ergo illa sufficebat absque doctrina revelata. Patet ex Paulo ad Hebraeos 11, [6].

[11] [Ad argumentum] resp. per duas propositiones.

Prima: post lapsum Adae semper fuit necessaria aliqua doctrina revelata in omni lege.

Probatur, quoniam ratio S. Thomae in omni lege concludit; dicit enim: agens ^a liberum prius cognoscit finem, antequam ad *illum* ^p moveatur; sed finis est supernaturalis; ergo et medium.

Probatur ex Paulo ad Hebraeos 11, ubi inducit hanc conclusionem, inducens singulos iustos ab Abel usque ad iustos Veteris Legis, et inducit [v. 6]: sine fide impossibile est Deo placere; oportet credere quod Deus est et quod remunerator est; fides autem est a Deo; ergo absque doctrina revelata ^q [impossibile est placere Deo].

Et probatur Sapientia 9, [19]: postquam petivit sapientiam a Deo et ostenderat esse necessariam, infert per hanc placere.

2.^a conclusio: non solum post lapsum Adae, sed ante lapsum fuit necessaria [doctrina revelata] et hominibus et angelis. Hoc S. Thomas 1 p., q. 62, a. 2 et q. 94, a. 3; et ratio est quia finis erat supernaturalis et hominibus et angelis.

[12] Ad argumenta: Ad primum Isaiae resp. quod propheta loquitur de doctrina immediate tradenda ab ipso Deo hominibus, ut Paulus ad Hebraeos 1, [1s]: multifariam multisque modis etc., novissime vero locutus est nobis in Filio suo.

Ad 2um ^r: primo nego illud antecedens, quamvis aliqui theologi concedant; sed oportebat cognoscere et credere Deum esse creatorem et quod Deus erat iustificator. Ratio est quoniam, cum

o Ms. varias palabras tachadas

p Ms.: illud

q Ms. deja el sentido incompleto

r Ms.: satis erat (tachado)

in omni lege erant peccatores et peccatum non poterat remitti nisi a Deo, ergo oportebat credere eorum salutem et remissionem esse a Deo. Et hoc non poterat *cognosci*^s lumine naturae; ergo erat doctrina revelata.

2.^o respondeo: concedo antecedens; sed oportet diligenter notare quod Deus cognoscitur a nobis notitia connotativa, quam nos habemus [a] notitia absoluta, quoniam conceptus habemus a creaturis. Suppono hoc: Deus est causa, et [hoc] dupliciter: verbi gratia, est prima causa naturalis [f. 88v] effectiva rerum naturalium; et hoc satis potest philosophus cognoscere: Deum esse primam causam; alio modo: Deus [est] causa supernaturalis, verbi gratia, ut^t homo habeat gratiam et quod remittantur homini peccata; et hoc modo non potest philosophus cognoscere nisi Deo revelante. Et sic dupliciter intelligitur Deus est prima causa: naturalis et supernaturalis. Primo modo potest cognosci lumine naturali; tamen sic credere non sufficiebat ad finem acquirendum. 2.^o modo non poterat cognosci absque revelatione; et haec cognitio sufficit. 2.^o dico quod etiam si loqueremur de revelatione supernaturali a Deo, non sufficit lumine naturali cognoscere; esset enim debilis notitia. Et hoc ad Romanos 1, adducens illud: inciderunt in varios errores; ratio est quia illa notitia, quam habebant Dei a creaturis, erat debilis. Et concludit in 3.^o capite. [23]: omnes peccaverunt et egent gratia Dei etc.; et in c. 5, [2]: per fidem habemus accessum per Christum; non ergo sufficiebat cognitio naturalis. Et probatur Sapientiae 9, [13s]; dedit multas causas: quis cognovit? Et cogitationes hominum timidae etc.; dicit [v. 10]: emitte de coelo sapientiam tuam; neque sufficiebat quod philosophi et poëtae cognoscebant; erant enim decepti fingentes campos [etc]^u; ergo patet doctrinam revelatam esse necessariam.

[13] Est aliud dubium: an sacra doctrina accipiatur pro fide an pro alia aliqua doctrina. Et videtur quod S. Thomas non accipiat sacram doctrinam pro fide.

Probatur, quoniam si hoc esset, bis repeteret eandem quaestio-

s Ms.:cognoscere

t Ms. una palabra ilegible

u Ms.:elysios (tachado)

nem; patet, quia in 2-2, q. 2, a. 3 et 4 determinat has duas ^v conclusiones; ergo.

2.^o probatur, quoniam si accipit pro fide, aequivoce acciperet sacram doctrinam pro fide. Probatur, quoniam in 2.^o articulo quaerit an [theologia] sit scientia et probat quod sic, quoniam probat conclusiones; [at] fides non est scientia conclusionum, sed principiorum; ergo.

In contrarium est quod fides sufficit ad salutem; ergo non indigemus alia doctrina. Antecedens probatur Marci ultimo [16, 16]: qui crediderit salvus erit; et Ioannis 6, [47].

Ad hoc [f. 89r] dicitur primo ^x quod doctrina capitur generaliter pro eo quod potest doceri sive scientia sive opinio. Et sic non bis repetit idem S. Thomas; nam in prima parte agit in genere, in 2.2 in particulari.

2.^o vero dicimus quod praeter fidem requiritur ad salutem hominis alia doctrina revelata, scilicet, scientia et experientia exponendi sacrās litteras. Probatur ad Ephesios 4, [11ss]: et quosdam dedit prophetas, alios apostolos, alios evangelistas, alios doctores, id est, expositores ^y; et ponit: ad consummationem sanctorum in aedificationem ministerii corporis Christi et hoc donec occurramus omnes [etc.] ^z.

[14] Sed dices: hoc intelligendum est de Augustino, Cypriano et in primitiva ecclesia.

Contra dicit [v. 13s]: donec occurramus in virum perfectum, ut non ideo *circumferamur* ^a omni vento. Sed doctores, qui sunt expositores, non possunt esse absque hac doctrina; ergo.

Probatur etiam ^b prima Corinthiorum 12, [8ss] distinguens dona Spiritus dicit: alii quidem sermonem scientiae et sermonem sapientiae etc.; et hoc ad consummationem, donec occurramus in virum perfectum.

Sed dices: hoc Dominus dedit, tamen non sunt necessaria.

Contra, idem Apostolus dicit [v. 20s]: multa ^o membra sunt

- v Ms.: quaestiones (tachado)
- x Ms.: possemus respondere (tachado)
- y Ms. una palabra tachada
- z Ms.: in vir (tachado)
- a Ms.: circumferamus
- b Ms.: ad (tachado)
- c Ms. una palabra tachada

necessaria in uno corpore; ita et haec dona. Et probatur: non est cuiuslibet explicare sacram scripturam, cum sit maximae difficultatis; ergo ultra fidem necessaria est scientia ad exponendam sacram [scripturam]. Et probatur 2 Petri 3, [15s]: sicut carissimus Paulus scripsit; dicit: indocti depravant intellectum; ergo necesse est ut sit doctrina revelata.

Sed dices: lumine naturae hoc possem discernere et intelligere absque eo quod sit divinitus revelata doctrina; ergo falsum dicit S. Thomas quod est necessaria.

Resp. quod in hoc haeretici falluntur: in eo quod putant intellectum sacrarum litterarum humano ingenio posse comparari. Hoc etiam S. Thomas ad Rom. 12, [6] in illud verbum: sive prophetiam secundum rationem fidei etc.; dicit quod idem Spiritus exigitur ad exponendas sacras scripturas, qui fuit ad scribendas.

Et probatur 1 Corinthiorum [f. 89v] 14, [3ss], vocat enim prophetas illos, qui interpretantur sacras litteras; neque aliter potest hic accipi pro prophetia, ut patet ex contextu; vocat enim prophetas quasi divinos, quia versantur in divina expositione.

Et probatur 2 Petri c. 1, [19] et affert Driedo in libro de dogmatibus: habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes.

[15] Dico ultimo in hac materia, quod non solum est necessaria populo christiano simplex scientia in exponendis sacris litteris, sed necessaria est sacra theologia contra haereses ^d.

Probatur auctoritate Augustini libro 13 de Trinitate c. 19 et 20. Adducit illud 1 Corinthiorum c. 12, [8]: alii datur sermo scientiae, alii sermo sapientiae etc.; tunc arguo sic: scientia accipitur ibi pro cognitione rerum humanarum et ^e sapientia pro cognitione rerum altissimarum; illa cognitio de rebus divinis cognita per revelationem est theologia, ut possit populum docere ^f.

Et probatur 1 Petri c. 3, [15]: parati reddere rationem omni poscenti etc. Reddere rationem non potest nisi sit theologus; ergo.

Praeterea Tit ^g 1, [7ss]: oportet episcopum etc.; exhortari enim non potest nisi sit theologus; ergo [etc.]. Et nota Apostoli

d Ms.: et etiam contra Erasmus ultima propositio: necessaria est theologia (tachado)

e Ms.: pro (tachado)

f Ms. varias palabras tachadas

g Ms. había escrito: 1 Thimot; tachado después y deja: Thi

dictum: et eos qui contradicunt arguere; contradicentes sunt fidei, haeretici et pagani; in hac doctrina traduntur testimonia, quibus respondemus illis etc.; ergo necessaria est theologia sacra.

[16] Dices: haec doctrina non est divinitus revelata, scilicet, theologia disputativa, sed humanitus acquisita.

Resp. primo quod haec doctrina habet principia divinitus revelata; sunt enim principia articuli fidei et sacra scriptura; sed eadem doctrina censetur esse, quae docet principia [et quae docet conclusiones; ergo].

Multi fuerunt haeretici propter defectum theologiae; ergo est necessaria. Antecedens probatur, quoniam multi dixerunt non esse duas voluntates in Christo, et negaverunt relationes, et alia; [f. 90r] ergo. Praeterea non omnia quae sunt *necessaria*^h populo christiano sunt expressa, sed colliguntur syllogistice. Probatur: non est expressum quando homo teneatur facere eleemosynam, quando teneatur confiteri etc.; ergo theologia disputativa est necessaria.

[17] Ad quaesitum resp., in quo dicebatur quod theologia scholastica est acquisita et non est ut fuit illa Augustini, Ambrosii, Hieronymi: illa enim erat revelata, non ista, resp. dupliciter.

Primo: eadem doctrina et facultas censetur apud omnes philosophos, quae constituit principia et quae colligit conclusiones ex iis principiis et defendit et arguit. Verbi gratia, philosophia naturalis: in libris Physicorum Philosophus iacit fundamenta et principia, ut intelligantur a discipulis; in aliis libris colligit aliquas propositiones. Eodem modo Euclides a principio geometriae ponit principia, verbi gratia, si ab aequalibus aequalia demas [etc.], et ponit definitionem lineae et numeri. Si quis existimaret esse unam physicam, quae docet principia, et alteram, quae docet scientiam physicae, esset ineptus, utpote eadem est physica. Sic [etiam] est consideranda sacra theologia: altera pars est in qua iaciuntur fundamenta et altera quae colligit conclusiones; tamen eadem est facultas, quamvis quando solum versatur circa principia est imperfecta; tamen ad hoc quod sit perfectus theologus oportet ut sciat colligere conclusiones.

Modo ad argumenta, scilicet, non est eadem facultas theologia disputativa et sacra scriptura, nego. Immo est eadem, cuius una pars, scilicet, sacra scriptura versatur circa principia, reliqua circa

conclusiones. Et sic haec doctrina est revelata a Deo, quoniam principia eius sunt revelata.

2.^o resp. quod quamvis sit una pars huius doctrinae, quae humano ingenio potest colligi, id est, aliquas conclusiones, tamen ad omnes propositiones necessarias colligendas non poterit absque auxilio [f. 90v] divino. Unde multi clarissimi viri confidentes proprio ingenio sunt decepti, ut Caietanus, Durandus et alii, quorum nomina reticere animadvertimus; ergo ad rectam et sanam intelligentiam principiorum pertinet explicare propositiones, quae in illis principiis includuntur. Verbi gratia, ad explicandam prophetiam requiritur perfecta cognitio principii; Ioannis 14, [26]: et *suggeret*ⁱ vobis omnia et explicabit vobis omnia et ducet vos ut intelligatis omnia; ergo scire explicare sacram scripturam donum est Spiritus Sancti.

[18] Dices: sufficit fides ad salutem; ergo non est necessaria doctrina. Patet Marci ultimo [16, 16].

Resp.: dupliciter potest aliquid dici *necessarium*^j: primo modo in ordine ad singulos homines; alio modo toti ecclesiae in communi. Et sic primo modo [theologia] non est necessaria; secundo modo est necessaria. Verbi gratia: matrimonium necessarium est^k universo; et esse populo christiano sacerdotes necessarium est, non tamen singulis hominibus.

2.^o resp.: sola fides sufficit, nego antecedens; est enim necessaria scientia sanctorum: est enim scientia sanctorum scientia practica ad bene operandum, qua dirigitur homo ad colligendas propositiones practicas; Prov. 9, [10]: scientia sanctorum, prudentia. De quo videte S. Thomam 1-2, q. 57, a. 5. Nota quod eadem principia habent iusti et peccatores, differunt tamen in inferendo conclusiones. Unde sacra scriptura vocat peccatorem stultum, et iustum sapientem. Verbi gratia: brevis est vita humana. Hoc principium est commune; peccator vero infert: bibamus et comedamus; iustus vero: abstineamus. Verbi gratia: ignoramus mortem. Infert peccator: ergo dormiamus; iustus vero: vigilemus. Ideo dicitur [Math. 25, 13]: vigilate, quoniam nescitis diem neque horam. Tunc ad [f. 91r] argumentum dico, quod, ultra fidem, indiget homo doctrina revelata.

i Ms.: suggerit

j Ms.: necessario

k Ms. una palabra tachada

Divus Thomas in 2.^a conclusione huius articuli dicit quod ad scientiam humanam est necessaria doctrina revelata. Dupliciter [potest intelligi] vel in ordine ad ^l totum genus humanum; tunc est simpliciter necessaria et ratio est quoniam totus populus non potest inferre: Deus est et immortalis est [sine fide]. Sed loquamur in ordine ad singulos homines: dico quod S. Thomas intelligit necessarium secundo modo, scilicet, commoditer; in multis enim philosophi erraverunt, ut Philosophus de animae rationalis immortalitate.

[19] Dico ultimo: si loquamur de necessario non solum in ordine ad unam conclusionem, sed in ordinem ad cognoscendas omnes conclusiones naturales, etiam ad recte vivendum, absolute [homo] eget auxilio particulari.

Probat: sicut se habet voluntas circa bonum, ita se habet intellectus circa verum; [at] voluntas circa singula non indiget particulari auxilio, tamen circa omnia, ut numquam deficiat, indiget auxilio particulari Dei. Et hoc Coelestinus Papa in epistola ad Galliarum episcopos c. 4: post peccatum Adae omnes homines egent Dei auxilio ad hoc, quod omnes veritates cognosca[n]t et veli[n]t ^m. Eodem modo Psal. 118, [73]: da mihi intellectum, ut discam mandata tua; ergo donum ⁿ Dei est, ut omnia mandata discat. Patet Ecclesiastici 18, [13]: qui docet populum et erudit quasi pastor gregem suum.

Sic intelligenda est 2.^a conclusio S. Thomae, quamvis Caietanus et aliqui dicant debere secundo modo intelligi: intelligunt non circa omnia sed circa aliqua.

[20] Circa 2um argumentum est Scotus, qui sese offert contrarium q. 1 Prologi. Refellit hanc rationem; dicit [enim]: si aliquis cognoscat terram esse rotundam per medium physicum, non indiget scire alio medio; ergo, cum S. Thomas concedit ⁿ habere cognitionem scientia naturali non [f. 91v] indiget medio supernaturali.

Resp., omissa solutione Caietani, [vide Caietanum opusc. de potentia neutra q. 1 et 2], quod S. Thomas dissimulata solutione in forma, ^o utpote ex dictis in corpore articuli, miscet aliam doctri-

l Ms.: singulos homines (tachado)

m Ms. tres líneas tachadas

n Ms.: 118 (tachado)

ñ Ms., entre líneas, tres palabras ilegibles.

o Ms.: formae

nam bonam. Respondet enim obiectioni [tacite] ^p [scilicet] dicendo: notitia habita modo naturali et modo supernaturali alicuius scibilis est eadem, nego ^q; nam physicus assentitur huic: terra est rotunda; et mathematicus; tamen non est eadem scientia. [Vide solutionem Caietani ^r hic in fine commenti ^s in responsione ad 2um].

[21] Art. 2us. Utrum sacra doctrina sit scientia.

Ponit distinctionem. Ponit duas conclusiones.

Prima: Theologia est scientia. Patet ex Augustino [De Trinitate] 14. c. 1.

Secunda conclusio: est scientia subalternata.

Pro declaratione huius articuli [sciendum] [quod] sacra doctrina dupliciter accipitur: primo modo pro doctrina fidei, quoniam est Dei, qui docet hominem scientiam; alio modo sacra doctrina capitur pro theologia et educit conclusiones ex articulis fidei.

In hac conclusione articuli S. Thomas de utraque assertionem loquitur. Dicimus autem perfectam doctrinam esse, quae agit de cognitione principiorum et de illis educit conclusiones.

2.^o notandum quod theologia, sicut quaelibet alia doctrina, dupliciter accipitur, ut [dicit] Caietanus [hic]: uno modo ^t secundum suam naturam; alio modo in ordine ad ^u [subiectum]. Verbi gratia, ^v si geometria secundum suam naturam est demonstratio, ageret demonstrationes; alio modo, in ordine ad sua principia, si demonstrat alicui non *geometrae* ^x; illa demonstratio, quae suapte natura est demonstratio, est illi rustico opinio, quoniam non cognoscit principia. Eodem modo in theologia: Deus est trinus; ergo sunt tres relationes. Haec secundum suam naturam est demonstratio; tamen propter nostram imperfectionem non est scientia in nobis viatoribus. Ratio est, quoniam non habemus cognitionem principiorum.

[22] Dicit S. Thomas quod est scientia subalternata. [Contra est] Scotus 3 Sent. dist. 24, q. unica et Durandus q. 1 Prologi et

p Ms.: [tacita]; y varias palabras tachadas

q Ms.: patet (tachado)

r Ms.: in (tachado)

s Ms. una palabra tachada

t Ms. varias palabras tachadas

u Ms.: obiectum (tachado)

v Ms.: quando (tachado)

x Ms.: geometro

Gre[f. 92r]gorius q. 1 Prologi et Gabriel q. 7 Prologi et Aureolus apud Capreolum q. 1 Prologi. Sed quoniam hi doctores mentem S. Thomae non *attigerunt*^y, ideo praetermittimus eorum argumenta.

[23] Et pono conclusiones:

Prima: theologia in nobis non habet conclusiones evidentes; verbi gratia: omne animal rationale habet voluntatem creatam; Christus est animal rationale; ergo etc. Haec conclusio est contra Archiepiscopum Hispalensem q. 1 Prologi.

Haec conclusio est aperte S. Thomae Super epistolam ad Hebraeos 11, lect. 1, [ubi] tenet conclusiones theologiae non esse evidentes. Et ratio (inquit) est quoniam conclusiones non sunt evidetiores antecedente ex quo inferuntur; sed antecedens est de fide; ergo etc. Et probatur quod propositio, Filius Dei est risibilis, non sit evidens; probatur: ergo haec est evidens: Filius Dei est homo. Consequentia est optima; consequens non est evidens; ergo. Probatur quoniam Filium Dei esse hominem est de fide; ergo etc.

Et probatur [etiam] 1 Cor. c. 13, [8ss]: caritas nunquam excidit; sive prophetiae etc.; cum autem venerit quod^z perfectum est, evacuabitur quod ex parte est, scilicet, scientia. Tunc arguo sic: si scientia esset perfecta, non evacuaretur; ex parte enim cognoscimus et videmus per speculum in aenigmate; ergo non est evidens.

[24] *Obi.* ^a [contra]: Hieronymus *epistola*^b ad Paulinum, quae est in prologo Bibliae, dicit: ea discamus in terris, quorum scientia perseveret in coelis; ergo, si perseverat in coelis, ergo est scientia evidens; nam si esset inevidens, destrueretur ut Paulus dicit.

Aliqui respondent quod idem habitus, qui [in] nobis est, perseverat in patria; et habetur de illa evidentia in patria, quamvis in hoc statu non possit haberi.

Contrariam sententiam tenet Caietanus super illud 1 Cor. c. 13, [8]: sive scientia *destruetur*^c; dicit quod^d cessat non solum actus, sed etiam habitus fidei in patria.

Probatur, quoniam non potest esse actus fidei; et cum habi-

y Ms.: attingerunt

z Ms.: ex parte (tachado)

a Ms. grafia poco clara; suplimos en cuanto al sentido

b Ms.: expistola

c Ms.: destrueretur

d Ms. una palabra tachada

tus sit propter actum, et actus inevidens cessat; ergo et habitus fidei. Sic quoniam hic assentimus conclusionibus, quia principiis assentimus ex fide, in patria vero non ratione fidei assentiemus, sed quoniam cognoscemus principia. Probatur: alia est ratio formalis assentiendi [f. 92v] hic et alia in patria; ergo sunt diversi habitus. Antecedens probatur ex S. Thoma; nam hic habemus ex revelatione fidem; in patria vero, quoniam videmus et cognoscimus; et quoniam videbimus Filium Dei esse hominem, cognoscemus esse risibilem.

2.^o Probatur: ^e [habitus] evidens et inevidens differunt genere; ergo non possunt generare eundem assensum specificum; alias habitus opinativus generaret actum opinativum et scientificum, quod est falsum, [et tamen opinio et scientia differunt genere]; ergo etc.

Conclusio, scilicet, quod [theologia] non est [perfecta] scientia est vera.

Ad illud Hieronymi respondetur quod distinguit ^f scientiam divinorum a scientia filiorum huius saeculi, quae perit cum ipsis; sed quaeramus scientiam cuius fructus maneat nobiscum.

[25] 2.^a propositio: theologia non est scientia perfecta in nobis, prout Philosophus 1 Poster. locutus est.

Haec conclusio est etiam S. Thomae ad Hebraeos 11, lect. 1.^a et in quaestionibus de Veritate q. 14, art. 9; dicit: scientia proprie debet esse de visis; et dicit: theologia non habet perfectam cognitionem. Unde argumenta contra S. Thomam nihil valent.

[26] 3.^a conclusio: theologia nostra absolute et sine aliquo addito est scientia.

Probatur ex Augustino 14 de Trinitate c. 1, ubi dicit non solum quod est scientia, sed quod Apostolus proprio vocabulo vocavit scientiam 1 Corinthiorum c. 12, [8]. Item Hieronymus in prologo Bibliae vocat scientiam. Et Paulus 1 Corinthiorum c. 12, [8] et 13, [2 et 8] appellat scientiam et sapientiam hanc facultatem, qua fideles docentur. Et Ieremias 3, [15]: dabo vobis pastores, qui pascant vos in doctrina et scientia. Et in sacra scriptura multis in locis. Et 2 Pet. c. 1, [5]: ministrare in fide virtutem, in virtute scientiam. Si ergo sacra scriptura vocat scientiam, cur non et S. Thomas?

e Ms.: actus (tachado)

f Ms.: inter (tachado)

Praeterea Philosophus 6 Ethic. dividit habitus [veridicos] in scientiam, sapientiam, artem, intellectum et prudentiam. Arguo sic: habitus theologicus est habitus veridicus, et non est ars neque prudentia; ergo est sapientia.

Sed dices: Philosophus non cognovit hunc supernaturalem habitum.

Respondetur quod perspectiva supponit principia credita et [tamen dicitur] scientia subalternata; [ergo et theologia] g.

Praeterea theologia non potest appellari opinio [f. 93r] neque fides, ut Scotus, Ariminensis et Gabriel dicunt. Probatur quoniam fides nititur auctoritati, theologia vero rationi; ergo debet appellari scientia.

Praeterea si aliquis ex propositione fidei et propositione probabili inferret conclusionem, assensus illi[u]s esset opinio; ergo si, stante maiori [de fide], assumas propositionem scitam, conclusio non erit de fide, sed scita.

Item evidentia [praemissarum] requiritur ad immutabilitatem conclusionum. Tunc arguo sic: in theologia principia sunt infallibilia, et evidentia non requiritur nisi ad hoc [ut] h sciamus principia esse immutabilia; sed scimus ex fide principia immutabilia; ergo theologia est scientia.

[27] Pro maiori parte, ut Scotus, Aureolus, loco citato, Durandus q. 7 Prologi, negant secundam conclusionem, quia eadem sunt principia omnino nostrae theologiae et scientiae beatorum; ergo theologia non est subalternata. Patet de hoc: Deus est trinus et unus. Consequentia probatur, quoniam alia sunt principia scientiae subalternatae et subalternantis i, quoniam scibile non est idem. 2.º, supposito esset vera, sequeretur quod alter haberet evidentiam alicuius propositionis et alter probabilitatem; et sic notitia unius esset subalternata alterius. Consequens est falsum. Probatur sequela, quoniam illa notitia subordinatur sicut principia.

Resp. quod subalternata scientia non uno modo dicitur, sed tribus modis, et quilibet est potissimus. Primo ex parte subiecti scibilis, quando subiectum unius continetur sub altero et principia unius continentur sub principiis alterius; verbi gratia, numerus so-

g Ms. varias palabras tachadas

h Ms.: quod (tachado)

i Ms.: patet (tachado)

norum musicae continetur sub principiis arithmeticae. Secundo modo ex parte finis, quando finis unius continetur sub fine alterius superioris et dependet ab illa; verbi gratia, ars pigmentaria: eius finis ordinatur necessario fini artis medicinae et medicina imperat *lli*; et ars equestris imperat frenifactivae. Tertio ex parte modi sciendi et cognoscendi, quando cognitio unius pendet ex cognitione alterius; verbi gratia, si mea cognitio penderet ex tua, sic mea esset sub tua et a tua depende[re]t. Sic nostra theologia est subalternata, quoniam nostra cognitio pendet ex Dei cognitione. Verbi gratia: vulnera cornuta, inquit *chirurgus* ^l, tardius sanantur; ideo *chirurgia* ^k dependet ex geometria, quoniam agit de rotunditate. [f. 93v] Verbi gratia: si quaeras quare Deus est risibilis, respondeatur: quoniam est homo. Quomodo [hoc] scis? Quoniam credo. Quare credis? Quia Deus dixit. Quare [hoc credis] ^l? Quia est Veritas Prima ^m.

Ad argumentum Durandi nego consequentiam; quoniam scientia beatorum non est quia Deo assentiuntur, sed quia vident; nos vero non quoniam videmus, sed quoniam Deus dixit. Et sic mea scientia resolvitur in Dei scientiam, non sicut scientia beatorum.

Ad 2um: scientia sensitiva ordinatur ad intellectivam, concedo. Sed nihilominus respondeo aliter: scientia sensitiva non resolvitur in intellectivam; ergo non est subalternata; in theologia est vera subalternatio, quoniam resolvitur in scientiam Dei. Et probatur: si medium unius scientiae penderet a medio alterius, esset vera subalternatio; ergo si lumen unius scientiae resolvitur in lumen alterius, vere est subalternatio. Medium vero est quoddam lumen; [sed] cum lumen theologiae, quod est medium cognoscendi, resolvatur in lumen Primae Veritatis; ergo theologia est scientia subalternata scientiae Dei.

Sed contra ⁿ: nostra scientia subalternatur scientiae Dei; ergo non beatorum.

Resp. quod Deus non revelat immediate hominibus credibilia, sed per angelos et per Christum Incarnatum; unde nostra cognitio

j Ms.: cirusicus

k Ms.: cirusia

l Ms.: scit (tachado)

m Ms. varias palabras tachadas

n Ms. varias palabras tachadas

immediate resolvitur ad scientiam beatorum. Unde [Psal. 103, 4; Hebr. 1, 7] qui facit angelos suos spiritus etc.^{fi}

[28] Dubium est Capreoli in Prologo: theologus probat et persuadet et concludit propositiones revelatas; ergo principia huius facultatis non sunt revelata. Probatur consequens: in scientia non concluduntur principia, sed ea supponit; sed haec concludit propositiones revelatas. Et probatur: S. Thomas in hac parte quaerit et probat an Deus sit trinus et unus et multis locis nititur persuadere esse tres personas et unam essentiam; ergo theologia persuadet sua principia, scilicet, propositiones de fide. Et probatur ex Augustino 14 de Trinitate c. 1: ad hanc scientiam pertinet gignere, nutrire et roborare [fidem]; ergo finis huius scientiae est persuadere et roborare ea, quae sunt [f. 94r] de fide. Et probatur 1 Pet. 3, [15]: parati simus reddere rationem poscentibus de fide; ergo.

Pro declaratione est notandum: perfecta doctrina duas habet partes: alteram, in qua constituit principia et iacit fundamenta super quae aedificat; et alteram, qua probat et concludit. Verbi gratia, Euclides a principio ponit principia, verbi gratia, quid sit linea et punctum; in secunda vero parte infert conclusiones. Ita enim Philosophus in 8 libris Physicorum ponit principia et in aliis colligit propositiones. Sic etiam in theologia.

2.^o est notandum quod in prima parte non supponuntur principia, sed explicantur a magistro discipulis, ut discant. Et explicantur meliore modo quo potest. Aliquando vero aliqua principia ita sunt nota, ut non indigeant nisi [cognitione] terminorum; verbi gratia, omne totum est maius sua parte. Alia sunt quae sunt subobscura et probantur inductione et non sufficit cognitio terminorum; verbi gratia, Philosophus ostendit quod ex nihilo nihil fit et probat eandem materiam esse [unam] omnium corrupti et generati. Ecce enim quomodo una principia indigent maiori explicatione quam alia. Eodem modo in theologia sunt aliqua principia quae non indigent persuasionem: verbi gratia, Christus est filius Mariae; alia sunt obscura et ab haeticis negata, verbi gratia, Deus est trinus et unus. Itaque quando principia sunt difficilia, suadentur; si ille, cui suadentur principia, admittit testimonia, novum probat eidem testimoniis; [si non admittit?], rationibus^o. Tamen

fi Ms. una palabra tachada

o Ms. varias palabras tachadas

theologia, scilicet, illa pars quae infert conclusiones non suadet principia.

[29] Tunc ad argumenta respondetur quod theologia in prima parte, in qua ponit principia, concedo quod eo modo, quo potest, probat et suadet ^p, ut fit in arte mechanica: [primo enim ponit principia, scilicet, lapides etc.]; postea vero aedificat. In secunda vero parte, theologia non probat principia, sed supponit et ex illis infert conclusiones.

Ad illud argumentum, scilicet, de singularibus non est scientia etc. [resp.] ^q: ratio quare de singularibus apud philosophos non est scientia, est quoniam sunt fallibilia et muta [f. 94v] bilia; tamen in sacra scriptura, licet sint singularia, [tamen] ^r sunt certa ac universalia.

Contra: multa sunt contingentia in biblia; de contingenti non est scientia; ergo.

Resp. quod ut tranduntur in sacra scriptura [contingit?] ut sunt revelata et ^s revelatio [est] principium infallibile; nihil vetat de illis esse scientiam etc. [Vide scripta argumentorum et a 4.º folio solutio [nem]].

[30] Art. 3us. An theologia sit una scientia.

Resp. affirmative. Ponit fundamentum et ex illo probat, scilicet, quia habet unam rationem formalem.

In hoc articulo est primum dubium de illo quod S. Thomas dicit, scilicet, quod divina revelatio est ratio formalis huius scientiae. Contra: fides habet eam rationem formalem; ergo sunt idem habitus. [Et] probatur consequentia ^t, quoniam ratio formalis est differentia habituum.

Resp. quod duplex est distinctio habituum, scilicet, generica, altera specifica, ut in rebus naturalibus, verbi gratia: homo et lapis differunt genere; homo et leo specie. Distinctio generica sumit differentiam non ab obiecto formali, sed aliunde; verbi gratia, aliquis habet opinionem: omnis homo est animal rationale; alter vero habet scientiam de homine^u; illius habitus opinionis et scientiae idem est obiectum materiale, tamen differentia sumitur ex mo-

p Ms.: dos palabras tachadas

q Ms., también entre líneas, una palabra ilegible

r Ms. había escrito antes: ita

s Ms.: est (tachado)

t Ms. repite: probatur

u Ms. varias palabras tachadas

do procedendi in obiectum et ex modo cognoscendi; nam opinio et scientia differunt genere non ratione obiecti, sed ratione modi cognoscendi, quia unus concludit scientificè, alter vero opinative. Ita intellectus, [qui] est habitus principiorum, quo immediate assentimus illis, et habitus, quo assentimus conclusionibus, utriusque est eadem ratio formalis; nam, propter principia assentio conclusioni et intellectus assentit principiis; sed est differentia in modo assentiendi, nam principiis immediate, conclusioni vero mediate syllogizando; itaque ratione et modo procedendi ad obiectum differunt genere.

Ad argumentum, respondeo: si loquitur de differentia specifica, concedo; [f. 95r] tamen si differunt genere, nego.

2.^o resp. quod aliud est obiectum immediatum fidei et aliud theologiae; nam *fide* ^v immediate assentimus principio; theologia [mediate]; obiectum vero theologiae est conclusio. Et ad hoc quod essent eadem scientia, oporteret esse idem obiectum materiale et immediatum et adaequatum. In hoc ergo differunt; ergo non est idem habitus, quamvis habet eandem rationem formalem.

[31] Est dubium. Dicit S. Thomas: omnia, quae in hac scientia, considerantur sub ratione revelationis etc.; sequeretur quod si Deus revelaret omnes scientias ^x, essent una scientia. Probatur, [quoniam] habent eandem rationem formalem, scilicet, revelatio[nem]. Et sequeretur quod illa, quibus assentimus lumine naturae omnes, pertinerent ad eandem scientiam. Probatur: sicut se habet lumen supernaturale ad conclusiones supernaturales, ita et lumen naturae ad conclusiones naturales. Probatur, nam conclusiones, quae videntur lumine supernaturali, pertinent ad eandem scientiam; ergo et omnes, quae ^y lumine naturae, *pertinent* ^z ad eandem scientiam.

Resp. quod revelatio divina est motivum formale ad credendum et assentiendum principiis theologicis; verbi gratia, sicut hoc principium, homo est rationalis, est medium ad assentiendum, quod est risibilis, admirabilis, etc., ita revelatio est medium ad inducendas conclusiones.

Ad argumentum respondeo distinctione: vel Deus revelavit ex-

v Ms.: fidei

x Ms. una palabra tachada

y Ms.: vide (tachado)

z Ms., entre líneas, una palabra ilegible; suplimos en cuanto al sentido

trinsecas causas et effectus, ut in Adam revelavit, et sic nego: idem medium, eadem scientia. Ratio est quoniam non est una ratio formalis [specie] ^a. Ad illud, scilicet, sicut enim *se* ^b habet lumen supernaturale, etc., respondeo concedendo antecedens et dico quod omnia, quae cognoscimus lumine naturae, apprehensione, absque ratiocinatione et sine discursu, concedo quod omnia pertinent ad idem, scilicet, ad intellectum; tamen propositiones et conclusiones non pertinent ad eundem habitum; quoniam diversa ratione procedimus in theologia, ubi est unum medium, scilicet, revelatio etc.

[32] [f. 95v] Est opinio: Durandus q. 4 Prologi, Gregorius q. 3 Prologi, Aureolus q. 3, Gabriel q. 8 Prologi tenent contra S. Thomam non esse unam scientiam.

Probatur: si esset una, sequeretur quod qui haberet scientiam unius conclusionis, haberet totam scientiam theologiae ^c. Probatur: est perfecte una scientia et idem habitus; ergo.

2.^o: Potest esse error unius conclusionis et scientia decem conclusionum; ergo primae conclusionis et decem scientia non est eadem ^d; patet, quoniam sunt opposita; ergo.

3.^o: Potest aliquis perdere scientiam decem conclusionum, manente scientia primae; ergo non est idem habitus et eadem scientia.

4.^o: Assensus diversarum conclusionum in theologo differunt specie; ergo et habitus generatus per tales actus. Consequentia probatur, quoniam habitus distinguuntur per actus; sed actus differunt; ergo. Antecedens probatur: alter assensus est, Christus est Deus et homo, et alter, passus est, mortuus etc.; ergo.

5.^o: In theologia sunt diversa media ad inferendas diversas conclusiones; ergo sunt diversi [habitus]. Antecedens probatur: ad probandum Christum esse risibilem ^e, est homo, et ad probandum quod duplicem habet voluntatem.

[33] Iis non obstantibus tenendum est cum S. Thoma, quod est una scientia ^f. Et suppono quod hic non quaerit an sit una simplex qualitas, *quamquam* [?] in 1-2, q. 54, a. 4, quaerit an sit una qualitas. Et nobis institutum est non pervenire nunc, sed suo loco

a Omitimos cuatro líneas, que no hemos podido interpretar

b Ms.: me

c Ms. varias palabras tachadas

d Ms.: idem

e Ms., entre líneas, dos palabras ilegibles

f Ms. una palabra tachada

agere. Verbi gratia, multum differt an haec domus sit una in genere domus et quaerere an sit una entitas. Ita quaeritur an sit una scientia.

Probatur quod sit una. Primo ^g quia, quando est una ratio formalis unius potentiae, non est nisi una potentia; ergo theologia erit unus habitus, quoniam est unica ratio formalis habitus. Probatur antecedens; potentia visiva multa diversa videt, scilicet, nigra et alba; tamen, quoniam est una ratio formalis, ideo est unus visus.

2.^o probatur: una fides est specifica; ergo una theologia, ut [f. 96r] ipsi [adversarii] fatentur; ergo. Tota autem ratio, quare est una fides, est quoniam est una ratio formalis; ergo eodem modo de theologia, quia eadem est ratio formalis fidei et theologiae, scilicet, revelatio.

3.^o: In habitibus voluntatis, quando est una ratio et unum motivum, est unus habitus; ergo etiam in habitibus intellectus. Probatur, quoniam eodem modo distinguuntur habitus voluntatis et intellectus, scilicet, per objecta. Antecedens probatur: si quis largiatur aurum vel vestem vel alia eodem motivo largitatis, non dicimus esse diversam largitatem; et si habet idem motivum iustitiae dandi aurum, vestem et alia, non erit diversus habitus iustitiae, sed unus. Eodem modo theologia, cum *eadem* ^h sit ratio formalis omnium propositionum; ergo est idem habitus theologicus.

[34] Ad solvenda argumenta est notandum, quod, licet causa sit eadem ad diversos actus, non potest in illos nisi subiecta applicentur; verbi gratia, ignis poterit calefacere hominem et leonem et aquam; sed si aliquis diceret, potest omnia calefacere, concedo ei applicentur subiecta.

Tunc ad illud, scilicet, si quis scit unam propositionem; ergo omnes sciet, dico quod idem habitus extendit se ad omnes, si fuerit in debita applicatione intellectus, ad instar ignis, si applicatur combustibile. Ita potest habere scientiam unius propositionis applicatae et amittere scientiam alterius non applicatae.

Ad illud: assensus propositionum theologiae specie distinguuntur; ergo et habitus, Resp.: distincti assensus, si considerentur in esse reali nihil vetat quod differant specie; si tamen considerentur ut proficiscuntur ab eodem medio, verbi gratia, ut sunt revelata a

^g Ms. varias palabras tachadas

^h Ms.: idem

Deo, tunc non differunt [specie]. Verbi gratia: idem calor, si consideretur secundum *passibilitatem*ⁱ, idem est calor in igne et in aqua; si tamen consideratur calor ignis ut est potentia quaedam et ut est instrumentum ignis, tunc calor existens in aqua et in igne differunt specie; eodem modo dicendum est de assensu propositionum theologicarum; ex parte enim medii cognoscendi, scilicet, revelatio, sunt idem [specie].

Ad illud, scilicet, ad probandum quod Christus est risibilis assumitur homo rationalis: est medium metaphysicum; et ad probandum, Christus est corpus grave, assumit, omne elementatum est grave; haec est diversa ratio formalis; ergo habitus differunt, Resp.: theologus duplicia media assumit ad inferendas conclusiones, aliquando unum [f. 96v] principium de fide, ut ista, Christus est homo, et aliud cognitum lumine naturae, ut ista, homo est risibilis. Quando tamen assumit *utrumque principium*^j de fide, eiusdem rationis formalis est utrumque principium. Sed differentia est et difficultas, quando assumit diversa media diversae rationis formalis. Tunc respondeo: quando theologus assumit propositionem naturaliter cognitam, illa propositio non est necessaria intrinsece ad argumentationem theologicam, quia sine illa potest inferri eadem conclusio ex uno solo principio fidei. Verbi gratia, Christus est homo et est Deus; ergo habet duas voluntates. Verbi gratia, Christus est homo; ergo est gravis. Verbi gratia, omne elementatum in quo terra dominatur est grave; Christus est elementatum; ergo est gravis; ex sola propositione fidei posset inferri.

2.^a responsio est S. Thomae in a. 5, ad 2um et optime, licet non in forma; tamen optime; et idem dicit quod nos diximus.

[35] Art. 4us. An sacra doctrina sit practica.

Respondetur per duas conclusiones.

Prima conclusio: simul est et practica et speculativa. Probatur, supposito principio: nihil vetat aliquem habitum superiorem continere simul in potentia.

2.^a: magis est speculativa quam practica; secundario est practica. Et probatur quoniam principale intentum theologiae est agere de Deo; 2.^o vero de eius effectibus, ut est causa, etc.

[36] Contra primam conclusionem, Aureolus q. 3 Prologi: practicum et speculativum sunt duae differentiae oppositae dividen-

i Ms.: passibilitatem

j Ms.: utraque principia

tes idem genus; ergo non possunt esse unius scientiae. Probatur: rationale et irrationale differunt idem genus et non possunt etc. Quod dividant idem genus, probatur ex 6 Metaph. c. 1.

2.^o: scientia moralis non dicitur speculativa, quamvis quaedam contineat speculativa et agat de speculativis, prout in 2-2; et philosophus de objecto iustitiae, temperantiae et de subiecto etiam; hoc enim quaerere est *speculari*^k et tamen non dicitur speculativa; et quoniam secundario philosophus moralis agit de objecto et de subiecto ad consummationem philosophiae moralis, tamen philosophia moralis non appellatur speculativa neque secundario neque primario; ergo theologia, cum secundario de practicis, non debet dici *practica*^l.

Respondetur quod *illae duae differentiae*^m practici et speculativi non sunt differentiae essentiales. Verbi gratia: licet utile et honestum et delectabile dividant bonum, non sunt essentiales differentiae [f. 97r] boni, quoniam aliquando simul inveniuntur.

2.^o: si practicum et speculativum referantur ad humanam scientiam, quae est limitata et definita, ut visibile et a[u]dibile, faciunt diversas potentias, quoniam sunt finitae potentiae; faciunt differentiam specificam. Sed si speculativum et practicum considerentur in ordine ad divinam scientiam, quae eminenter continet illa, sic practicum et speculativum non sunt differentiae essentiales. Verbi gratia: visibile, audibile recipiuntur in sensu communi; ita scientia theologica utrumque continet. Anima dividitur a Philosopho in vegetativam et sensitivam et intellectivam. Vegetativa est inferioris ordinis; secundo est sensitiva; anima vero rationalis continet eas [eminenter, non tamen formaliter] et ab eadem anima rationali habet homo et esse sensitivum, vegetativum et intellectivum. Eodem modo theologia continet et practicum et speculativum. Et per hoc patet solutio.

Ad illud, scilicet, philosophia moralis etc., dico quod imperfecte agit de speculatione [scilicet modo operabili]; theologia tamen perfectissime de utroque, melius quam alia scientia, si esset de illo particulari, etc.

[37] Contra secundam propositionem Scotus q. 4 Prologi, Gre-

k Ms.: speculari

l Ms.: speculativa

m Ms.: illas duas differentias

gorius q. 5, Durandus q. 5 et 6, Aureolus q. 3; omnes isti dicunt esse absolute practicam.

Probat^{ur}: finis huius scientiae est fidem nutrire et roborare; ergo absolute est practica. Antecedens probatur ex Augustino 14 de *Trinitate* ⁿ c. 1, cuius est antecedens; ergo. Consequentia probatur, quoniam eius finis est circa operationes nostras, scilicet, quae est credere; scientia enim practica est circa finem.

2.^o: si esset absolute speculativa; ergo scientia moralis esset speculativa, quoniam ordinatur ad beatitudinem hominis; ergo esset speculativa. Probat^{ur} per S. Thomam, qui dicit quod tractat de moribus in quantum ordinatur ad beatitudinem. [Matth. 5, 8] Beati mundo corde; haec mundatio fit a philosophia morali; ergo ordinatur ad beatitudinem; ergo esset speculativa.

3.^o: Gregorius arguit ex illo Matthaei 22, [40]: tota lex pendet et prophetæ ex praecepto caritatis; ergo finis Dei doctrinae est amor; ergo finis est operatio. Et probatur 1 Thimot. 1, [5]: finis praecepti [f. 97v] ^o est caritas; caritas vero est operatio; ergo est practica. Idem Divus Augustinus affirmat Primo de Doctrina christiana 35; ergo est practica.

Durandus vero sic: in sacra doctrina saepe reprehenduntur, qui non faciunt ea, quae traduntur in sacra doctrina; ergo eius finis est operatio et per consequens est practica et non speculativa. Antecedens probatur ex Iacobo et Matthaei c. 7, [26]: qui audierit et non fecerit, similis est viro stulto. Et Iacobi c. 1, [22]: estote factores et non auditeres etc.; et Ioannis 20, ^p [31]: haec autem scripta sunt, ut credatis; ergo finis est practicus, non speculativus. Et 2 Timoth. c. 3, [16s]: omnis doctrina divinitus [in]spirata utilis est [etc.]; et tandem dicit: ut instruatur in bonum opus etc.; ergo etc.

Ratione vero probatur: *ratio* ^q necessitatis huius doctrinae sumitur a fine voluntatis; ergo haec doctrina est practica. Antecedens probatur ex S. Thoma in primo articulo dicente: homo habet pro fine Deum, etc. In practicis finis est principium primum: quod est enim finis in speculativis est principium in practicis.

Postremo: Liber Sent. in primo, dist. 1, dividit res dicendo: aliae sunt res, quibus fruimur; aliae, quibus utimur; aliae, qui-

n Ms.: [Civitate]

o Ms. repite: praecepti

p Ms.: 22

q Ms. parece escribir: ratione

bus etc. *Finis uti et frui est practicus et non speculativus; ergo haec doctrina est practica et propterea theologia dicitur sapientia salutis scilicet, [Luc. 1,77] ad dandam scientiam salutis, etc.*

[38] Nihilominus S. Thomas rectius sentit in hac materia. Et probatur ex nomine theologiae; theologia enim idem est quod sermo seu ratio de Deo; ergo versatur potius in cognoscendo Deum; non enim agimus Deum, sed de ipso speculamur. Patet ex nomine. Philosophia moralis ex ipso nomine patet esse practica; quoniam agimus mores et habitus; ergo. [f. 98r] Subiectum huius scientiae [est Deus], cuius naturam inquit et proprietates investigat; ergo est speculativa. Probatur: scientia investigans proprietates colorum est speculativa; ergo et theologia. Antecedens probatur ex ipsis doctoribus, nam in primis agunt de ipso Deo speculative, an sit unus, an sit aeternus; ergo.

Item Augustinus 13 de Trinitate c. [19], ubi docet sapientiam, de qua loquitur Apostolus 1 ad Corinth. c. 12, [8], esse speculativam; illa enim data est Ecclesiae, quae est de qua nos loquimur; ergo est speculativa.

Item, cum theologia sit sapientia et sapientia sit speculativa; ergo etc.

4.º haec doctrina tradit omnem cognitionem, quae lumine supernaturali de Deo homini in hac vita est possibilis; ergo est speculativa aut nulla est scientia, quae [tradit] cognitionem Dei. Et propter hoc argumentum dicit Scotus loco citato quod nulla cognitio speculativa potest de Deo haberi; quod est absurdum. Ideo theologia etiam de moribus agit, quia nos Deum non cognoscimus in se ipso, sed ab effectu: invisibilia enim Dei etc. [Rom. 1, 20]. Hinc est quod theologus cognoscens se non posse tradere de Deo cognitionem[m], nisi ab effectu, idcirco agit de creatione, qua cognoscat causae omnipotentiam; et sic specularetur de Deo. Et cum Deus non sit causa materialis neque formalis, voluit cognoscere Dei omnipotentiam ut est causa efficiens et finalis; et hoc tantum ut possit de Deo cognoscere et contemplari.

[39] [Ad argumentum] r primum: philosophia moralis non dicitur speculativa, quamvis agat et speculetur de subiecto; ergo neque theologia etc., Resp. quod est magnum discrimen. Ad formam: nego consequens; et ratio est, quoniam, si philosophia moralis agit speculative, non necessitate aliqua; quamvis non scire-

mus quaestiones speculativas, essemus philosophi morales. Theologia vero ex necessitate agit de moralibus, et ideo merito dicitur practica; non poterat enim homo cognoscere Deum ut est; et quoniam est Deus causa finalis et, agen[f. 98v]do de Deo, necesse est agere de mediis ad illum. Et, ut Philosophus dicit, accidentia maxime conferunt ad cognoscendum quod quid est; eodem modo theologia agit de rebus moralibus ad cognoscendum ipsum finem.

2.^o modo est discrimen, quoniam philosophus moralis raro tractat de rebus speculativis; ideo propter hoc non dicenda est speculativa. Sed theologia multa de moralibus, et non unam quaestionem vel alteram; et ita exacte agit de rebus moralibus ac si solum de his ageret. Ideo recte dicitur theologia practica.

3.^o est aliud discrimen, quoniam in principiis huius scientiae in iatione formali, id est, in revelatione, utrumque *continetur*,^s scilicet, tam propositiones practicae quam speculativae. Ideo recte S. Thomas dicit theologia [m] et practica[m] et speculativa[m] esse. In philosophia vero morali non continentur principia speculativa; ergo.

Ad 2um: finis huius doctrinae est gignere [fidem] et roborare, ut Augustinus 14 de Trinit. c. 1, Resp. quod duplex est finis alicuius rei: primus ad quem [res] primo ordinatur; alius secundus ad quem secundario ordinatur. Verbi gratia: vinum per se ordinatur ad extinguendam sitim; secundario ad medendum, etc. Ita theologiae duplex est finis: primus et principalis est Deum cognoscere et omnes eius proprietates, quoad fieri potest; secundus est defendere ea quae iam sunt constituta et tradita in hac doctrina. Verbi gratia: principalis finis philosophiae naturalis est cognoscere res naturales; 2.^o vero est defendere argumentis et persuadere ea quae negantur.

Ad 3um., scilicet, scientia moralis ordinatur ad perfectam Dei visionem, quoniam per ea homo ordinatur; ergo est speculativa, ergo consequentiam. Probatur: ordinatur ad finem; ergo etc., distinguo et dico quod scientia non debet dici speculativa vel practica ratione finis mediati, sed immediati; et quoniam philosophiae moralis finis immediatus est mos, remotus vero est Dei visio; [f. 99r] verbi gratia, cognitio rerum naturalium est immediatus finis philosophiae naturalis, mediate vero est dare Deo gratias; ita philosophia moralis immediate ordinatur ad mores cognoscendos;

^s Ms.: continentur

theologia vero non dicitur speculativa, quoniam ordinatur ad Dei visionem, sed quoniam ordinatur ad obscuram cognitionem, quae nobis in via est. Et sic S. Thomas intelligit.

Ad illud Gregorii, scilicet, ex hoc tota lex pendet et prophetae etc. Resp. quod duplex est finis doctrinae: alter docentis, alter scientiae. ^t Verbi gratia: medicinae finis est sanare, docentis vero est lucrare. Sic enim finis theologiae est cognitio Dei, finis vero docentis est amor Dei et proximi, qui est secundarius finis.

Ad illud, scilicet, qui non agunt, reprehenduntur etc. Resp. quod eodem modo hoc argumentum ^u probaret philosophiam rerum naturalium esse practicam. Patet, quia ad Romanos 1, [21] et Sapientiae 13, philosophi naturales reprehenduntur, quoniam evanuerunt ^v; quod reprehenduntur ^x, quoniam terminati sunt illi philosophi in primo termino, scilicet, in cognitione rerum naturalium, non tamen ad Dei laudem, qui est ultimus finis.

Ad illud: ex voluntate sumitur finis; ergo est practica, Respondetur quod, cum haec theologia partim sit practica partim speculativa, et sic ad probandas propositiones assumit aliquando principium ex parte finis, et est practicum; aliquando speculativum ab intellectu.

Ad illud Magistri, Resp. quod non sequimur illum etc.

[Nota quod, licet concedatur theologiam tractare de operabilibus modo operabili, adhuc tamen non est dicenda formaliter practica, quia operabilia considerat remote].

[40] Art. 5us. An theologia sit excellentior omnibus aliis scientiis.

Respondetur affirmative ex perfectione obiecti et quoniam certiori modo.

2.º: excedit omnes scientias practicas. Probatur, quoniam est de fine praestantiori. Verbi gratia: militaris est praestantior frenifactiva etc.

Nota 2um argumentum: oculus noctuae ad solem, non videt. Ad formam dico quod theologia est certior quoad se; aliae vero sunt quoad nos.

[41] Art. 6us. Utrum haec doctrina sit sapientia ^y.

Resp. affirmative. Duplex est officium sapientis. Primum agere

t Ms. varias palabras tachadas

u Ms. varias palabras tachadas

v Ms. varias palabras tachadas

x Ms.: ex eo (superfluo)

y Ms.: an haec doctrina debeat dici sapientia (tachado)

de rebus altissimis; 2um, quando est eruditus et scit recte ordinare vitam ad finem. [f. 99v] Haec enim iudicat de rebus altissimis per causam supremam et ordinem ad supremam causam.

Iurisperiti, qui iudicant theologos ineptos ad gubernandum, sunt haeretici; quoniam ipsi tantum freti ingenio iudicant; theologus vero dirigit per causam altissimam. Primo: iurisperiti non dicendi sapientes, cum non agant per causam altissimam; solus vero theologus absolute sapiens est dicendus.

Nota 2um argumentum. S. Thomas 1 Contra Gentes c. 1: in nulla scientia potest inveniri aliquid quod huic theologiae repugnet. Ratio est quoniam scientia verorum est, et, si est falsum, non est scientia; verum vero numquam repugnat vero; cum ergo aliae sint scientiae, non repugnant huic, quoniam verum vero non *contrariatur* [?]. Consideravit S. Thomas: in aliis scientiis magistri tradunt falsa aliquando non ex ipsa scientia, sed ex docentis opinione. Verbi gratia: Philosophus dicit animam rationalem esse mortalem; hoc non docuit ex philosophia, quoniam philosophia non docet false, sed ex eius opinione.

Nota 3um argumentum, quia videtur concludere; et nota solutionem. Alia sapientia est, quae est solo studio; alia, revelatione.

[42] Art. 7us. An Deus sit subiectum theologiae.

Resp. affirmative. Subiectum appellatur materia circa quam versatur scientia. Verbi gratia: arithmeticae subiectum est numerus, quia circa numerum versatur.

Et probatur duobus argumentis. Primum: omnia quae considerantur in hac scientia, considerantur in ordine ad Deum. Probatur: agitur de Deo, de eius attributis.

[43] Est dubium: S. Thomas dicit quod Deus sub ratione Dei est obiectum; ergo Deitas est ratio formalis huius scientiae. Concedo; sed S. Thomas art. 3 dixit quod revelatio est ratio formalis; ergo sunt duae rationes formales, quod est impossibile^z. Resp. quod ratio formalis est duplex: altera est quae cognoscitur ab ipsa potentia; alia est sub qua vel per quam ipsas res attingimus. Verbi gratia: color visus est ratio formalis, qua cetera videmus; lumen vero est ratio formalis, sub qua videtur color vel per quam. Hac appellantur rationes formales. Prima dicitur ratio formalis rei ipsius, quae videtur; 2.^a vero est ratio formalis ex parte potentiae cognoscentis. Ita in obiecto [theologiae] est aliqua ratio formalis

^z Ms. dos palabras tachadas

ipsius Dei [in Deo]^a, [f. 100r] de qua theologia agit (ut coloratum respectu visus) et est ipsa Deitas; alia est revelatio divina, per quam attingimus obiectum, ut etiam lumen ad cognoscendos colores est ratio formalis. S. Thomas vero in hoc articulo intelligit quod Deitas est ratio formalis ipsius rei, non tamen ratio formalis potentiae ad cognoscendum; haec enim revelatio est.

[44] 2um dubium: si Deus esset subiectum theologiae, ergo omnia, quae conveniunt Deo, pertinerent ad hanc scientiam. Probatur ^b: illud est obiectum adaequatum alicuius scientiae, de quo scientia agit [quoad] *passiones*^c; ergo si Deus est obiectum theologiae, ad theologiam pertinet de omnibus eius. Probatur falsitas: nam cum in Deo sint infinitae perfectiones, scientia theologica non potest de infinitis agere; ergo non est subiectum adaequatum theologiae.

Propter hoc Gregorius Ariminensis [q.] 4 Prologi tenet Deum non esse subiectum adaequatum.

Resp. dupliciter. Primo: quod argumentum procedit de obiecto adaequato potentiae cognoscitivae; tunc verum est quod debet esse adaequatum. Si tamen subiectum est infinitum, non oportet quod illa scientia agat de infinitis. Verbi gratia: si quaeras quid [est] proprium obiectum visionis beatificae, debes respondere quod est Deus sicuti est, non sub ratione beatificatoris neque salvatoris.

Sed dices: si sub ratione Dei est obiectum, ergo sub ratione omnium attributorum.

Nego consequi ita: absolute considerat; ergo omnia quae sunt in Deo considerantur in hac scientia. Nego consequi: hoc [enim] est quando obiectum est adaequatum potentiae ^d; cognitio [autem] alicuius scientiae proportionatur ad obiectum quantum ratio formalis permittit, [et] sic satis est quod theologus cognoscat secundum proportionem rationis formalis.

2.º respondetur distinguendo antecedens, scilicet, nihil debet esse in subiecto, de quo non cognoscat scientia. Dico quod si consideratur [a] scientia de obiecto secundum naturam obiecti, sic nego. Nam philosophus naturalis agit de rebus naturalibus, tamen aliqua conveniunt terrae et coelo et homini, [scilicet esse sanabiles], quae

a Ms.: in se (tachado)

b Ms. añade un signo que no hemos podido descifrar

c Ms.: passionibus; y tres palabras tachadas

d Ms.: obiectum alicuius (tachado)

non pertinent ad physicum. Philosophus naturalis probat quod homo est corruptibilis, non tamen quod est discretivus; hoc enim metaphysicus considerat.

[Vide quomodo articuli fidei sunt principia huius sacrae doctrinae et quomodo timor Domini 2-2, q. 19, art. 7].

Sed dices: quas proprietates subiecti cognoscit scientia?

Resp. quod illas, quae tractantur secundum rationem formalem illius scientiae. [f. 100v] Verbi gratia: philosophia naturalis agit de obiecto sub ratione formali, scilicet, mobilitatis; quae autem non sunt sub ratione formali, scilicet, mobilitatis, non considerat. Ita enim Deus, ut res [est], superat theologiam; sed quae continentur sub ratione formali, scilicet, revelatione, de omnibus agit theologus.

Possem etiam respondere Gregorio Ariminensi quod nihil continetur in Deo quod non expectet ad hanc scientiam, scilicet, in potentia, non in actu. Verbi gratia: in geometria non omnes demonstrationes sunt cognitae; neque omnes propositiones cognoscibiles rerum naturalium a philosopho [sciuntur]; tamen quaecumque de novo demonstrarentur, tunc pertinerent ad subiectum philosophiae. Ita, si de novo Deus revelaret, revelationes pertinerent ad hanc scientiam; est enim in potentia ad omnia cognoscenda.

Dices: ergo est infinita.

In potentia, concedo; vel, ut logici dicunt, syncategorematicè, concedo. Vide quaestiones de Veritate q. 14, art. 8, ad 16.

Haec sufficiant contra Durandum q. 5 Prologi et ridicule (nisi fallor). Ad eius argumenta iam respondi, quando agebamus utrum theologia sit practica vel speculativa.

In fine articuli ponit S. Thomas tres opiniones: prima est Magistri in 1 Sententiarum; 2.^a est Hugonis de Sancto Victore; 3.^a est Lincolniensis, ut refert Caietanus.

[Sed ista 3.^a solutio falsa videtur, quoniam alias sequeretur quod Deus posset comprehendere, si omnes veritates, quas posset revelare, pertinerent ad theologiam. Ad hoc tamen resp. negando sequi istud: obiectum esset infinitum syncategorematicè].

[Vide Canum lib. [1]2 De locis cap. 3 prope finem, ubi recte distinguit de principiis scientiae; nam faciunt ad propositum sequentis articuli 8i].

[45] Art. 8us. An theologia sit argumentativa.

Resp. per 4 conclusiones.

Prima: haec scientia non probat sua principia, sed ex principiis suppositis probat conclusiones.

Prima pars conclusionis probatur, quia principia sunt articuli fidei; fidei meritum desit, ubi ratio experimentum ostendit.

2.^a pars probatur, 1 Corinth. c. [15, 12] dicentis: Christus resurrexit; ergo et nos etc.; fecit consequentiam.

2.^a conclusio: si adversarius admittit aliquid huius scientiae, ex datis et concessis poterit probare alterum principium a principio concesso.

3.^a conclusio: si adversarius huius doctrinae nihil admittat, adversus talem doctor [f. 101r] huius scientiae non procedit argumentis adversus eum.

4.^a: quamvis argumenta *pro fide* ^e sint supernaturalia, adversus nostram fidem possunt solvi.

[46] Est dubium contra primam et secundam conclusionem: sequeretur quod si non posset theologus probare sua principia, quod non remaneret locus theologis argumentandi adversus sarracenos, iudeos. Consequens est falsum; patet 1 Pet. 3, [15]: parati ad rationem omni poscenti vos de ea quae vobis etc.

Resp. quod dupliciter potest probare theologus: per rationes demonstrativas non potest theologus probare sua principia; et sic est prima conclusio. 2.^a conclusio: argumentis verisimilibus et habentibus probabilitatem et congruentiam potest theologus probare sua principia, non tamen demonstrative; et sic theologus potest suadere adversarios.

Cavendum est quod S. Thomas admonet q. 32, a. 1. Ponit enim: duplicia sunt quae possumus cognoscere de Deo: et naturaliter, et sic potest theologus contra negantem ex illo principio lumine naturae cognito argumentari; 2.^a dicit quod, si nitatur probare principia per fidem cognita, facit iniuriam fidei, utpote superant rationem naturalem. Et hoc Lactantius in prologo: et neque in cor hominis ascendit quae Deus revelavit etc. Lege solutiones ad 2um infra q. 32.

Est dubium: si non possumus rationibus demonstrativis adversus paganos neque principiis fidei, quae non admittunt, quibus mediis est agendum contra eos? De hoc vide in nostra repetitione.

Est dubium. S. Thomas dicit: manifestum est omnia argumenta, quae sunt contra nostram fidem esse solubilia; [contra] ^f, ergo nostra fides est manifesta.

e Ms.: contra fidem

f Ms.: arguo sic (tachado)

Resp. quod S. Thomas accipit hic manifestum pro certo. Patet enim ex eius dictis. Sed adhuc in rigore quod sunt manifeste solubilia et sic 2-2, q. 1, a. 4, ad 3. Et ibidem Caietanus tenet, scilicet, quod est evidens ^g articulos fidei [esse] credibiles, non tamen esse veros evidenter, sed esse dignos creditu. Ita enim modo est evidentia quod argumenta sunt solubilia et habemus evidentiam quod fides nostra est vera etc.

[47] Solutionem ad 2um nota diligenter. Ex dicto principio huius solutionis sunt *corollaria* ^h

[f. 101v] Primum est: ille est ineptissimus ad arguendum in hac doctrina, qui nunquam revolvit arcana scripturarum; neque dicendi sunt theologi.

2um corollarium: doctores ⁱ scholastici, qui ubi disputantes aegre admittunt auctoritates doctorum, dicendo, ad rationem, ad rationem, male agunt, si auctoritas est ad propositum, nam melius argumentatur quam cum ratione.

3um: si ignoraverint concilia hactenus congregata tam provincialia, quam generalia, non sunt apti ad disputandum in hac materia. Infertur quod qui ignoraverint definitiones pontificum et epistolas decretales et ius canonicum (hoc dico, maxima ex parte) ^j non est idoneus theologus, utpote ex magna parte sunt definita ex summis pontificibus. Postremo infero quod qui fuerint ieiuni in lectione sanctorum, ut Hieronymi, Ambrosii, Gregorii, etc., carent magna ex parte principiis huius scientiae; ex ipsis sacris doctoribus et interpretata et declarata [sunt] multa.

[48] 2am conclusionem in hoc articulo ad 2um probat S. Thomas. Ex his quae S. Thomas dicit, infertur quod repudiare omnino rationes naturales est ineptissimum; et sistere solum in auctoritatibus et repudiare rationes, ut lutherani faciunt. Infertur etiam quod qui Aristotelem abominantur in disputatione theologica, sunt parum instructi in hac doctrina, utpote in probando ratione naturali excedit omnes alios; et sic locus ab auctoritate Philosophi non est contemnendus. Et sic male dicunt luther[an]i S. Thomam plenum esse doctrina Philosophi, non sacrarum doctrinarum; quod

g Ms.: Deus (tachado)

h Ms.: correlaria

i Ms.:disputantes (tachado)

j Ms. dos palabras tachadas

est falsum, nam et ex Philosopho et praecipue ex sacra doctrina plenus est.

Hieronymus in epistola 19 et habetur d. 9 Decreti c. Ego solus, [dicit]: innititur theologia sacrae revelationi veteri, quae fuit facta apostolis, prophetis et evangelistis. Non tamen nititur revelationi Francisci, Dominici, [f. 102r] si fides nostra pendet ex auctoritate sacerarum et canonicarum scripturarum.

[49] Sed oportet scire cuius auctoritatem debemus sequi, ut sciamus quis liber sit canonicus.

Prima propositio: debemus deliberare ex auctoritate ecclesiae; ipsa enim determinat quis sit liber canonicus. Augustinus, liber 11, cap. 5, contra Faustum, et 13 cap. 4 [et] 28 cap.; De doctrina christiana liber 2, c. 8; et Contra epistolam Manichaei vel Contra epistolam Fundamenti c. 9 ^k: evangelio non crederem, nisi ecclesia me compelleret. Et idem tenuit Irenaeus, beatus martyr, 3 lib. Adversus haereses. Unde *Driedo* ^l lib. 1 De dogmatibus ecclesiasticis c. 1, citat multos auctores. Videte Thomam Waldensem lib. 2 Doctrinalis fidei antiquae cap. 20.

Prima ratio ad probandam hanc conclusionem ponitur ab Augustino, lib. 33, cap. 6 contra Faustum. Dicit [quod] non est alia via ad probandum hunc librum esse Ciceronis vel Virgilii, nisi quod omnes ita dicunt; ergo haec [est] optima ratio ad probandum hoc esse evangelium Ioannis, quod tota ecclesia ab apostolis dicit.

2.^a ^m ratio ex concilio toletano in confessionem fidei: si quis dixerit alias scripturas esse canonicas vel crediderit, praeter quas ecclesia catholica recipit, anathema sit; ergo ad ecclesiam pertinet etc. Eadem verba dicit S. Augustinus in sermone 113 de tempore.

3.^a ratio: quoniam ecclesia est columna et firmamentum veritatis, 1 Timoth. cap. 3, [15]; ergo veritas praecipua stabilitur et sustentatur in ecclesia catholica.

Ex hac conclusione inferetis *corollarium* ⁿ, quod si omnes sancti et doctores unanimi consensu tradiderunt esse librum canonicum et negaret aliquis vel partem eius, esset haereticus. Probatur, quia non appellamus ecclesiam cerdones et artifices, sed consensum sanctorum et doctorum; ergo etc.

k Ms. tres palabras tachadas

l Ms.: Driedonem

m Ms.: 2.^o

n Ms.: correlarium

[50] Et si quaeras ad quam ecclesiam pertineat definire quis liber sit canonicus, an scilicet ad ecclesiam tempore apostolorum. Durandus 3 Sent. d. 24, q. 1 quod, cum Augustinus dicat, non crederem evangelio, nisi me commoveret ecclesia catholica, dicit: haec est ecclesia apostolorum, quae fuit ecclesia tempore apostolorum, quoniam ipsi tradiderunt. [f. 103v] ⁿ Libro 2.^o de vita spirituali animae, Gerson dicit idem. Et *Ioannes Driedo* ^o libro 1.^o de dogmat. eccl. Et Thomas Waldensis loco citato c. 20 non putat referendum ad ecclesiam, quae modo est, sed tempore apostolorum.

[Opinio Cani]. Contrariam sententiam ego indubitanter teneo, scilicet, quod nihilominus pertinet ad ecclesiam, quae modo est, definire qui libri sint *canonici* ^p et sacri, et ad ecclesiam, quae omni tempore fuerit.

Probatur: ecclesia non potest errare in fide, quae modo est, non plus quam ecclesia, quae fuit tempore apostolorum; sed scire quis liber sit canonicus pertinet ad fidem; ergo ecclesia in determinando hoc non potest errare.

Et probatur: post mortem apostolorum dubitatum est an liber Apocalypsis sit canonicus; et determinavit esse librum canonicum; sed eadem auctoritas est modo in ecclesia; ergo etc.

Praeterea, ecclesia, quae modo est, [est] et firmamentum, 1 Tim. 3, [15], ita quod ego credo ecclesiae, quae fuit tempore apostolorum, quia credo ecclesiae, quae nunc est. Et sic Augustinus intelligit: primo fidelis credit evangelio, quia ecclesia, quae modo est, dicit ita esse; sed ecclesia, quae modo est, verum est quod sequitur revelationem factam patribus, utpote non habet novos evangelistas, prophetas et apostolos.

Et *si* ^q hoc voluerunt dicere quod ecclesia determinat quid sit de fide ex institutis et revelationibus patrum, verum est, nam non

ñ f. 103r en blanco. Lo que está escrito en f. 102v se debe colocar después de f. 104v según se avisa en él al margen: [Quod superest de hac materia quaere retro folio 3.^o hic numerando, quod ob incuriam factum est. Volvendo enim folium, duo simul volvi. Hoc erit signum unde incipit T]. f. 102v: [T hinc incipit quod defuit in ultimo folio huius alveoli et est hoc signum. Quod factum ob incuriam accidit]. Al final del folio: [Nihil deest]. En lo que transcribimos no hay solución de continuidad, aunque no corresponda la numeración de los folios.

o Ms.: Ioannis Driedonis

p Ms.: catholici

q Ms.: sic

potest ecclesia agere sacram scripturam de novo; tamen absolute est concedendum quod ecclesia habet potestatem ut antea.

[51] Est dubium: ad concilium universale rite congregatum pertinet determinare quis liber sit canonicus. Et hoc concedo.

Thomas Waldensis, loco citato 19, videtur dicere quod non intelligit quod concilium generale etc.

Probatur, quoniam proponere fidelibus ea quae *spectant* ^r ad fidem est proprium praelatorum ecclesiae; sed quis liber sit canonicus *spectat* ^s ad fidem; ergo hoc [f. 104r] pertinet ad [ecclesiam]. Probatur maior ad Ephesios 4, [11]: alios dedit pastores, qui et doctores; ut Ambrosius dicit, sunt idem. Debent proponere quis liber sit de fide ^t; ergo necesse est quod pastores non decipiantur, nam omnis populus deciperetur, quod sunt omnes fideles; ergo ad concilium pertinet determinare quis liber sit canonicus.

Sed nostra tempestate revocatum est in dubium an quidam libri sint canonici vel non. Non potest convenire tota ecclesia, omnes fideles. Et hoc esset stultum quod ad hoc determinandum conveniant cerdones; ergo pertinet ad concilium generale rite congregatum. Et concilium generale non potest errare in his, quae sunt fidei. Et oppositum asserere est haereticum ^u.

[52] Ad ecclesiam apostolicam seu romanam, quod idem est, pertinet determinare quis liber sit canonicus vel quis non.

Et probatur d. 19 Decreti c. Si romanorum: a principio ecclesiae usque ad nostra tempora, quem librum damnavit, habitus est damnatus; ergo ad illam pertinet determinare.

2.º probatur: maiores ecclesiae causae ad sedem apostolicam sunt referendae; ergo ad eam determinare quis sit canonicus est referendum ad maiores. Probatur c. Maioris, De baptismo et eius effectu: *ego* ^v rogavi pro te, Petre. Et in concilio Nicaeno c. 18 et 19 refertur ita determinatum a Iulio papa in epistola ad episcopos congregatos Antiochiae, ad episcopos orientales. Et in c. Damnamus, De summa Trinitate et fide catholica: nolumus praeiudicare abbati Ioachimo; quae dis[ponente] Domino, scilicet, ecclesia romana, disponente Domino, quae data est mater et magistra. Si

r Ms.: expectant

s Ms.: expectat

t Ms.: si pastores deciperentur (el sentido queda incompleto; superfluo)

u Ms.: utrum concilium (tachado)

v Ms.: ergo

ecclesia erraret non Deus dedit bonum magistrum. Et idem dist. c. unico in 6^x.

Et probatur, quoniam aliquando est dissidium in concilio, aliqui dicendo hunc librum esse canonicum, alii dicentes non esse; si ergo non esset iudex, qui hoc determinaret, frustra concilium congregaretur. Patet, quoniam essent diversi in una re. Dicere, posse errare, est haeticum.

Ex his dictis patet neque Hieronymum neque Augustinum neque *aliquem*^y sanctorum esse regulam certam ad discernendum inter libros canonicos et non canonicos. Hoc notat [f. 104v] Caietanus super epistolam ad Hebraeos et in responsione ad 4um Parisiensium ex 16 articulis. Et probatur hoc, quod Hieronymus non sit regula certa, quoniam hic potest errare; ergo non est regula certa. Patet. Sed regula ecclesiae est infallibilis. Si Hieronymum haberemus regulam ad agnoscendum qui liber esset canonicus, sequeretur quod qui reciperet librum, quem recipit Hieronymus, esset haeticus. Patet maior, quoniam est ecclesia regula pro te. Consequens est falsum. Patet, nam Hieronymus refellit aliquos libros, quos fideles modo recipiunt^z. [...]
[f. 112v] [...]

[53] Art. 9us. An sacra doctrina uti debeat metaphoris.

Respondet affirmative. Et probat tripliciter.

S. Thomas movet hoc dubium propter Philosophum 2.^o Posteriorum, qui dicit: disciplinae demonstrativae non debe[n]t sumere propositionem metaphoricam ad demonstrationem, utpote in demonstratione iam esset aequivocatio; in demonstratione non debet esse aequivocatio. Et ideo Philosophus reprehendit Platonem docentem per metaphoras.

Ad hoc resp. quod sacra doctrina, [f. 113r] cum partim sit practica partim speculativa, ideo non solum est demonstrativa, sed exhortativa. Et orator convenientissime persuadendo utitur metaphoris, tam quia ita loquendo delectat, tam vero quia magis

x Creemos que se trata de: c. un. de summa Trinitate, I, 1, in VI^a

y Ms.: aliquis

z Ms. tres palabras de difícil interpretación. Omitimos el resto hasta el final del artículo. Frecuentes pasajes ilegibles; incluso algún folio lo es en su totalidad. La omisión no implica gran detrimento en el conocimiento de las ideas de Cano sobre la «sacra doctrina», ya que se trata de un breve tratado sobre el canon de las Escrituras; puede verse en él un primer esbozo de los cap. 9-11 del libro 2 De locis.

movet audientes, quam loquendo proprie demonstrative. Hinc est quod qui bene remedit ^a aliquem, videntibus risum movet. Est enim metaphora ut pictura; imago magis movet quam si simpliciter loquendo diceret.

2.^o resp. quod si haec doctrina non exhortaret [ur], sed demonstraret, bene utitur metaphoris. Diximus enim esse duas partes in qualibet disciplina: altera in qua nititur probare et ponere principia; altera in qua infert et demonstrat conclusiones. In hac vero, cum demonstret, non debet uti metaphoris; in prima vero parte, bene; nam et Philosophus 1 Physic. volens probare in qualibet re naturali esse materiam et formam et esse privationem, addit metaphoram de rebus artificialibus. Ita enim licet ad exhortandum uti metaphoris in prima parte.

[54] Est dubium: Dionysius et S. Thomas ad 2um dicit esse necessarium sacra[m] doctrina[m] uti metaphoris.

Probo quod non; patet, nam si vocas avarum lupum vel dicis, vicit leo, dic: vicit Christus; ergo non est necessarium.

Resp. quod duo sunt in metaphora: primum comparatio rei corporalis ad rem spiritualem; aliud est improprietas locutio[nis]. Si loquamur de primo, necessario est sacram doctrinam metaphoris uti, quia non possumus ignota nisi per nota cognoscere. Si loquamur de improprietate sermonis, non est necessarium; est tamen utile et delectabile, quoniam magis movet.

Primum argumentum nota et eius solutionem.

Augustinus in libro de blasphemia in Spiritum Sanctum probat quare sacra doctrina utatur metaphoris: 1um propter exercitium; 2um ad tollendum fastidium ut delectet; 3 ad vitandam superbiam; 4 ad evitandam irrisionem haereticorum, ne detur sanctum canibus et margarita porcis. Hoc etiam 2.^o libro De doctrina christiana cap. 6. 11 [de] Civitate cap. 9 reddit aliam causam, quoniam obscuritas, inquit, et plures sententias parit etc. Et Hieronymus [in] Nahum c. 3 ponit etiam ne sacrum proiciatur canibus et margarita porcis. Et Psalmo [18] Coeli enarra[n]t, [v. 11]: desiderabilia super [f. 113v] aurum et lapidem pretiosum valde et dulciora super mel. Et Prov. 25, [2]: gloria Dei celare verbum. Si esset apertum omnibus non tanti haberetur.

Haec omnia S. Thomas fere ad 2um, si notas solutionem.

Erasmus in Method., id est, in libro de theologia dicit: aliquan-

a Sic; castellanismo

do propter metaphoras decipit; et haud scio quo consilio visum est sacrae doctrinae suis occultare intellectum doctrinae simulacris.

Resp. quod S. Thomas in solutione dat rationes quare occultat. Et sunt et Augustini et Hieronymi et Dionysii. Et sacra doctrina non decipit.

[55] Duo sunt advertenda in metaphoris, id est, ut fugiamus extrema.

Primum vitium ^b est eorum, qui faciunt locutionem metaphoricam, ubi non est, ut fecit Origenes in commentarii[s] super Genesim et praesertim de fluviis Paradisi et de eius amoenitate, ut adnotavit Hieronymus de Paradiso et amoenitatibus; Hieronymus in epistola ad Pammachium. Et Caietanus erravit capiendo costam Adae metaphorice. Unde regula Augustini: quoties voces in propria significatione non importa[n]t absurdum sensum, semper debet propositio exponi in proprio sensu. Nam alias, non constaret sensus sacrae scripturae; semper diceret aliquis: huius propositionis non est hic sensus. Tunc debemus interpretari metaphorice, scilicet, quando sensus propositionis importat absurditatem; verbi gratia, vicit leo de tribu, leo rugiens et alia id genus; est confugiendum ad sensum metaphoricum.

Aliud ^c [e] xtremum est eorum, qui semper accipiunt propositiones in sensu litterali, cum si[n]t in sensu metaphorico, ut iudaei et alii. De hoc Hieronymus super Ezechiel c. 36 et super Jeremiam c. 19. In hoc errore fuit Lactantius *Firmianus* et multi martyres.

Vide qua ratione sit confugiendum ad metaphoram. Augustinus 2 De doctrina christiana c. 5 et 10 et 15 et 16 apte exponit modum servandum in metaphoris, uti modum, quando propositio est metaphorica, ut est vicit leo; debet theologus dare operam, ut intelligat proprietates vocum; semper est enim mysterium in metaphora; et sic intellecta natura rerum illius metaphorae, cognoscet [f. 114r] quid Deus vult docere; verbi gratia, [Matth. 10, 16] estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae etc.

[56] Art. ultimus 10us. An una propositio contineat plures sensus.

Resp. per 4or propositiones.

^b Ms.: sacra (superfluo)

^c Ms.: alium

^d Ms.: Firmus

Sensus litteralis est quam ipsae voces significant directe et immediate. Spiritualis est qui habetur ex significatione rerum accomodate; verbi gratia, dicit Paulus [Gal. 4, 24ss]: duo fuerunt montes in Arabia, alter in quo erat Agar.

2.^a conclusio: sensus spiritualis supponit sensum litteralem; qui enim non scit litteralem, ineptus est ad sensum spiritualem. Probat S. Thomas hanc.

3.^a propositio: sensus spiritualis est triplex. Allegoricus est quando res gesta[e] in Veteri Testamento ad litteram transferuntur ad significandum aliquid in Novo Testamento. Verbi gratia, os non comminuetis ex eo, [Exod. 12, 46] dicit de agno et [Jn. 19, 36] ad Christum transferuntur.

Ultima conclusio S. Thomae: nihil vetat duos sensus etiam litterales esse in una et eadem propositione. Probat 12 Divi Augustini Confessionum.

Doctrina huius articuli est necessaria et doctoribus et praedicatoribus. Primo exponemus.

[57] Est dubium an sit vera propositio S. Thomae. Dicetis duos sensus posse esse in una propositione et litteralem et spiritualement; negant enim haeretici moderni et dicunt sensum spiritualem inventum ab hominibus otiosis.

Et probo esse de *fide* ^e; nam Matthaei c. 2, [15]: ex Aegypto vocavi filium meum; hoc dictum fuit de populo iudaico [Os. 11, 1] et evangelista allegorice de Filio Dei adduxit. Et Ioannes evangel. 19, [36] adduxit illud Levitici [sic] dictum de agno: ossa eorum non comminuetis; et dicit Ioannes de Christo. Et 1 Pet. 3, [20s] etiam docuit [per] arcam Noë fuisse significatum ecclesiam Dei et spiritualiter exponit. Et frequentissimus est Paulus in adducendo ex Veteri Testamento allegorias: ad Gal. 4, [24] per allegoriam narrat: duos filios Abrahae dicit duo testamenta; et 1 Corinthiorum 10, adducit illud Exodi: nolo vos ignorare [v. 1]; ea quae dicta fuerunt [de] patribus litteraliter, adducit ad Christum; dicit: patribus omnia in figura contin[g]ebant [v. 11]; et ad Coloss. 2, [16s]: nemo vos iudicet etc.; omnia erant umbra Christi. Ergo patet quod in Veteri Testamento erant sensus significantes aliud ab eo pro quo tunc accipiebantur. Et probo, nam Iesus est auctor. Patet Ioannis 3, [14]: quemadmodum Moyses exaltavit [f. 114v] ser-

e Ms.: fidem

pentem, ita exaltari oportet ^f Filium hominis. Et Matthaei 12, [39s] de *Iona* ^g. Ergo Christus est auctor sensus spiritualis.

Sed haec servanda sunt a concionatoribus. Primo: tractatio figurarum vel sensus spiritualis debet esse frequens in exponendo sacram litteram et in concionibus rarissime, licet Hieronymus frequenter, non in concionibus, sed in exponendo sacram litteram.

Probatur haec propositio: Chrysostomus quam frequentissime concionabat[ur]; in omnibus concionibus sunt 4or vel 7 allegoriae. Et hoc notabile adducitur ex Origene 4.^o libro peri archon c. 2; unde comparat sensum litteralem corpori, spiritualement animae; et dicit: populo est exponendus sensus litteralis.

2um documentum: qui ignorat sensum litteralem, non debet exponere sensum allegoricum, quoniam litteralis est fundamentum.

3um est maxime notandum in tractandis metaphoris, scilicet, quod teneat naturam et conditionem rei et sciat illam; ut postea optime accommodare sciat ad significandum sensum spiritualement. Hoc Eusebius docet libro 8 cap. 3 De praeparatione evangelica. Dicit: si intelligatur natura illarum avium, quas Deus iudaeis vetuit, statim cognoscetis quare hoc fecit; nam omnes aves rapaces vetuit, ut doceret nos a rapinis abstinere; itaque cognoscendo naturam rei optime accommodabis. Hoc inquam, nam Divus Hieronymus in Habacuc c. 1 quod erat dictum in sensu litterali de malo, statim exposuit spiritualiter, quamvis excusat se de hoc. Itaque aliquando, tamen rarissime et Hieronymus et Gregorius transeunt modum loquendi per allegorias, nam in allegoriis semper debet esse aliqua similitudo, ut est imaginans ad illud cuius est imago.

4.^o: quod debet et tempus et locus dicendi allegorias. Verbi gratia, dixit Deus [Exod. 4, 2]: novi si quid habes in manu; respondit: baculum. Nota quo tempore Deus quaesivit, scilicet, quando quaerebat educere populum de Aegypto et e rubro ardente.

[58] Est dubium an litteralis vel [f. 115r] spiritualis sensus sit principalior.

Probatur quod spiritualis: loco modo citato 4.^o peri archon, Origene[s] comparavit sensum spiritualement animae et litteralem corpori; ergo est principalior spiritualis. Et dicit: principaliter Spiritus Sanctus intendit sensum spiritualement; ergo est praecipuus. Et Philo apud Eusebium libro 2.^o Ecclesiasticae Historiae c. 19; dicit Philo

f Ms.: exaltari (repetido)

g Ms.: Ioana

iudaeus de christianis: omnis lex videtur *animari*^h, si in illis habes tamquam animam sensum spiritualem et litteralem tamquam corpus, unde accepit Origenes. Et Cyrillus in Prologo super Leviticum comparat sensum litteralem humanitati et spiritualem divinitati.

In contrarium est quod diximus sensum litteralem esse fundamentum, super quod fit aedificatio; ergo est praecipuus. Et probatur, nam ex solo sensu litterali trahitur argumentum ad confirmationem fidei; ergo est praecipuus, nam propter fidem factus est.

Resp. per 2as propositiones.

1.^a: sensus litteralis Veteris Testamenti in historiis et ceremoniis et praeceptis iudicialibus pro maiori parteⁱ est minus principalis. Probatur: 1 Corinth. c. 9, [9] in sensu allegorico tradidit: non alligabis os bovi trituranti etc.; Apostolus adduxit de praedicatoribus laborantibus in area Dei triturando ut granum a paleis separent. Et patet, nam Paulus statim dicit: numquid Deo maxima cura erat de bobus?; ergo principalis sensus est spiritualis. Et probatur: 2, [17] Coloss. appellat umbram; sed praecipuum in umbra est quod gerat figuram corporis; ergo principa[lis] est sensus spiritualis in libris dictis.

2.^a propositio: in praeceptis moralibus Veteris Testamenti et in Testamento Novo sensus litteralis est praecipuus, nam praecepta moralia non sunt posita, ut ipsa aliud significarent, sed propter ipsamet moralia, non obstante quod Origenes dicit quod ubi non agitur de moribus, praecipuus sensus est spiritualis.

[59] 3um^j dubium est in hoc articulo. Dicit S. Thomas: proprium est sacrae scripturae habere duos sensus et litteralem [f. 115v] et spiritualem. Contra: in disciplinis humanis et ethnicorum est et duplex sensus; ergo non est proprium huius sacrae doctrinae.

Probatur: aegyptii accommodabant non solum voces ad res significandas, sed et ipsas res [ad] alias res. Probatur, nam serpens significabat annum habens caudam in capite^k. Et Aesopus adinvenit, non solum adaptavit ad voces, sed res rebus significatis per voces. Et Basilius non reformidat poësim interpretari in sensum moralem:

h Ms.: animantes

i Ms.: sensus litteralis (repetido)

j Ms.: 2um

k Omittimos dos líneas, que no hemos podido interpretar.

in libro de educatione nepotum, transfert de Ulyssi. Et Ambrosius de *Mida* ^l et de Tantalo habente aquam et poma ad os etc.

Resp. quod *maxime* ^m proprium est sacrarum *litterarum* ⁿ duos sensus habere. Et nunquam alia doctrina habuit duos sensus. Solius Dei erat ut illae eadem res, quae ad finem naturae producebantur, alias res simul significarent, ita ac si non essent institutae ad alium finem, nisi ad significandas alias res; verbi gratia, quod Abraham educeretur de propria patria et reliqua eiusdem habentur historiae; ita nihil significabat [ultra], si non esset figura; et ita significabat futura, ac si ad illa significanda esset instituta.

Ad argumenta resp. quod Aesopus et poëtae utuntur rebus pro vocibus, non tamen ita ibi est sensus duplex, sed unus; non illae res, quae sunt propter finem naturae, ita significant ac si non haberent alium finem, nisi ad significanda futura.

[60] Est 4um dubium: dicit S. Thomas quod sensus litteralis est qui significatur immediate per voces. Contra, si illae definitiones S. Thomae sunt verae, ergo sensus litteralis esset falsus.

Probatur: exiit qui seminat seminare semen [Math. 13, 3]; et paterfamilias exiit mane conducere operarios [Matth. 20, 1]; sensus litteralis immediate est quod significatur per voces; et non ita fuit; ergo.

1.^a propositio, contra Nicolaum Lyranum in Pro[f. 116r] logo Bibliae dicentem ad proprium sensum requiri voces accipi in propria significatione, verbi gratia: vicit leo de tribu Iuda. Dico quod non requiritur sensus accipi in propria acceptione.

Et probatur, quoniam apud homines sensus ⁿ litteralis etiam per metaphoram est illud quod per illam metaphoram loquens vult significare, tamen translative. Verbi gratia, dicto: lupus est in fabula; volo dicere, hic de quo est sermo; et hic est sensus litteralis. Et probatur: si in theologia diceretur, canis est constellatio calida, nullus diceret quod sensus litteralis est, quod canis latrabilis est calida constellatio; ergo. Et probatur ex Hieronymo in Habacuc c. 3: non semper metaphora historiae, semper allegoria[e] consonat, quoniam frequenter historia ipsa metaphorae textitur, utpote Iudic. c. 9.^o, [8-15].

-
- l Ms.: Amida
 - m Ms.: magime
 - n Ms.: litteralem
 - ñ Ms.: locutionum (tachado)
 - o Ms.: vel 3 (tachado)

2.^a propositio: ad hoc quod sit sensus spiritualis in aliquo loco sacrae scripturae oportet ut prius servetur litteralis sensus significatus per voces, ita quod sint verae gestae ut narratur, vel proprie ut voces significant vel translativae, nam aliquando metaphorica, ut vicit leo de [etc.].

3.^a propositio: in parabolis nullus est sensus [nisi] litteralis. Duo sunt genera parabolicorum: unum est in quo exprimitur [similitudo] unius rei ad aliam, ut Matthaei 20, [1]: simile est regnum coelorum, ubi comparat; et Matthaei 13 [24, 31, 44s, 47]; in hoc genere primo parabolicorum omnes voces accipiuntur in sensu proprio; vult dicere: ita accidit in regno coelorum homini, ac accidit invenienti thesaurum, nam abscondet illum et gaudebit etc. 2um genus est, in quo non exprimitur similitudo, sed res confinguntur ad res alias significandas, nam aliquando est vera confictio, quoniam nec sunt neque esse poterunt ^p Iudic. c.9, [8-15] de domino vineae fit vera confictio. 2.^o confinguntur quae, licet non fuerint, poterant tamen accidere; verbi gratia, simile est regnum coelorum [homini patrifamilias], qui exiit mane et meridie conducere operarios; non fuit ita; tamen poterat accidere, ut ita exiret et mane et meridie ad conducendos operarios.

[f. 116v] Resp. ad argumentum, scilicet, si definitiones essent verae, sequeretur quod sensus litteralis esset falsus; nego sequelam. Ad illud quod voces metaphoricae significarent quod nunquam fuit, resp. quod illae voces accipiuntur improprie et metaphorice. Et sensus litteralis est, non qui significatur immediate per voces, sed ille qui significatur per metaphoram significatam per voces. Verbi gratia, lupus est in fabula; sensus litteralis est iste: hic est de quo est sermo. Et sic nunquam est concedendum sensum litteralem esse falsum.

Fateor tamen quod Origenes 4.^o peri archon c.2.^o dicit quod aliquando [in sacra scriptura non est sensus litteralis] ^q. Et sic Gregorius 4.^o Moralium c.2 de maledictionibus, quas sibi imprecabatur Iob, exposuit in sensu spirituali. Et non mirum si in aliquibus non cognovit sensum litteralem cum et D. Augustinus in imperfectam expositionem super Genesim contra Manichaeos exposuit in sensu spirituali, sed postea tandem cognovit sensum litteralem. De verbis et maledictionibus Iob est notandum quod in homine

p Ms. dos palabras tachadas

q Ms.: sensus metaphoricus est sensus spiritualis (tachado)

sunt duae partes et sensitiva et intellectiva et loquebatur ex appetitu sensitivo. Et sic est sensus litteralis.

[61] Est dubium an debeat sensus litteralis sumi ex fine quem Deus vult significare, an ex fine quem homo vult significare immediate. Verbi gratia, dicit Pilatus [sic] expedit ut unus homo moriatur [Jn. 11, 50] etc.

Resp. quod debet sumi ex voluntate Dei et ex eius fine, quem vult significare. Aliquando auctor intelligit sensum, quem vult Deus significare. Verbi gratia, [Ps. 109] Dixit Dominus: [v.4] tu es sacerdos in aeternum; et illud [Ps. 38, 13]: advena sum ego et peregrinus, sicut omnes patres mei, dixit Dominus. Et Patres *intellegerunt* ^r suam peregrinationem et significare omnium fidelium peregrinationem, ut patet ad Hebr. cap. 11, [13]. Tamen regulariter debet sumi, non ex voluntate auctoris, sed ex voluntate Dei, ut patet ex illa Pilati [sic]: expedit; ex parte Dei prophetabat, ex parte Pilati non erat prophetia. Et illud Iona c. 3, [4]: et Ninive [f. 117r] est subvertenda; licet suspicabatur, tamen credebat esse subvertendam, cum Spiritus Sanctus non hoc praetendebat. Et illud Isaiae 38, [1]: dispone domui tuae, cras enim morieris; non sumitur sensus ex intentione prophetae, sed ex voluntate Spiritus Sancti ^s. Et probatur: sensus germanus non debet sumi ex voluntate afferentis epistolam, sed ex voluntate scribentis; ita ^u ex voluntate Dei est sumendus. Notandum ^v: sensus litteralis est ille, quem immediate intendit Spiritus Sanctus per litteram; spiritualis vero est ille, quem intendit mediate per res significatas per voces.

[62] Est 6um dubium: qua auctoritate constant tres sensus, allegoricus, anagogicus et moralis, praeter litteralem; an si[n]t ab homine inventi.

Resp. quod non est ab homine, sed a Deo. Et probatur auctoritate omnium sanctorum doctorum et graecorum et latinorum. Primo ex Beato Hieronymo in epistola ad Hedibiam q. 12, qui et maxime sequitur sensum litteralem in omni expositione; ponit hos tres sensus, scilicet, allegoricum et anagogicum et moralem, ultra litteralem. Et in Ezechiele [m] c. 16 ponit etiam et tres sensus; et citat illud Prov. 22, [20]: ecce descripsi eam, sed tripliciter, scili-

r Ms.: intellexerunt

s Ms.: Sanctus

u Ms.: de (superfluo)

v Ms.: quod Spiritus Sanctus dupliciter (tachado)

cet, tribus sensibus. Et idem Hieronymus in Ezechiele[m] c. 16 exponit civitatem Ierusalem in omnes sensus. Et Origenes libro 4.^o peri archon c. 2.^o. Et 1.^o super Genesim ad litteram c. 1 Augustini, et de vera religione c. 50. Et Beda super Genesim a principio. Ergo patet ex sententia omnium sanctorum. Et probatur ex Apostolo 1 Corinth. c. 9, [9], ubi illud, scilicet, non alligabis os bovi trituranti, adduxit in sensu tropologico; et in eadem epistola cap. 10 ^x, [6] convertit ad mores: ut non simus concupiscentes etc.; de sensu allegorico aperte habetis ad Ephesios c. 5, [30], ubi costa[m] Adae adduxit de Christo et de Ecclesia; et ad Galatas 4.^o, [24], utitur allegoria adducens duos filios Abrahae significare duo testamenta; sensus anagogicus habetur ad Galatas cap. 4.^o, [26]: ea quae in terra sunt adduxit ad Ierusalem coelestem plene liberam. Et ^y [f. 117v] quamvis in omnibus *sensibus* ^z, frequentissime loquitur in sensu morali; patet ad Corinthios per totam epistolam.

[63] [Haeretici contra dicunt]. Nihilominus argumenta[n]tur dicendo quod non intelligimus hos sensus. Nam Hieronymus nomine anagogiae appellat quod nos sub nomine allegoriae; patet Isaiae cap. 1, [3], super illud: hos cognovit possessorem etc. et c. 1 ^a et 2 super Isaiam; et pro sensu tropologico c. 5 super Isaiam appellat allegoriam; et super Habacuc c. 3. Et Augustinus locis citatis et 3.^o De doctrina christiana c. 11, nomine allegoriae complectitur tres sensus. Et probatur quoniam allegoria, id est, alieniloquio, loquimur de una re et ducimur ad aliam.

Resp. quod secundum naturam vocabulorum convenientius S. Thomas et doctores scholastici theologi ^b utuntur his nominibus. Anagogia, id est, sensumductio de rebus supernis; et cum in hoc solum sensu nos loquamur, accommodando locutiones de rebus supernis, hinc anagogiae. Optime utimur anagogia. De tropologia, transeat antecedens. Ergo nos male utimur, nego; quia tropos mos et logos sermo; ergo nos optime utimur. Ad illud Augustini, resp. ex ipso Augustino 15 de Trinitate c. 9, quod duplex est allegoria, altera locutionis, altera rei seu facti. Quando Augustinus 3 De doctrina christiana loquebatur de allegoria sermonis, quae est aliena-

x Ms: 1

y Ms.: quamvis (superfluo)

z Ms.: sensus

a Ms.: super (superfluo)

b Ms: convenientius (repetido)

tio sermonis ex una locutione ad aliam; et nos non loquimur de hac, sed de allegoria rei gestae et factae; et, quoniam non habemus peculiare vocabulum ad significanda gesta Veteris Testamenti, ad significanda [ea quae sunt in ecclesia]^c, utimur allegoria.

[64] Est dubium de propositione S. Thomae. Dicit: nihil vetat sub una propositione esse duos sensus litterales. Contra ^d: principia disciplinarum non debent esse aequivoca; theologia habet propria. Et prob.: qui docet alios, debet evitare aequivocationem; [f. 118r] sed tradens aliquid de sacra scriptura, docet; ergo debet evitare aequivoca. Auctor sacrae scripturae vult nos simpliciter docere; ergo non habet duos sensus litterales in una propositione, quoniam deciperet.

Ego semper credidi opinionem S. Thomae esse veriore[m] ceteris. 12 Confess. Augustini c. 26 et 31 et 32 et 3.^o De doctrina christiana 27. Praecipue ille locus, scilicet, in principio creavit Deus coelum et terram, habet duas significationes; ergo nihil vetat in una propositione esse duos sensus. Suppono quod principium et significat ordinem et tempus; verbi gratia, hoc fecit in principio ^e, sed antea alia fecit; vel significat quod antequam aliud ^f, fecit coelum et terram ^g in principio, id est, antequam alia fecisset. Unde ^h duo collegit: 1.^o quod mundus non fuit ab aeterno; 2.^o quod ⁱ coelum et terram fecit prius quam natura[m] angelica[m]; hi sunt duo sensus; ergo. Et in Psalmo [8], Domine Dominus etc., habet duos sensus litterales: ergo. Probo ille Psalmus *secundum* ⁱ litteram intelligitur de homine [in communi] et de Christo; ergo. Primam partem antecedentis probo, quoniam Psalmus quadrat de homine in ^k communi; patet ex Genesi 1 et 2. Et quod de Christo intelligatur prob.: Matth. 21, [16] adducit, ex ore infantium et lactentium perfecisti, denotando esse prophetiam dictam de Christo; et prob.: 1 Corinth. 15. [27] adducit hunc Psalmum probando omnia subiici Christo; et ad Hebr. 2, [6s]. Neque vellet dici quod

c Ms.: altiora (tachado)

d Ms. una palabra tachada

e Ms.: quamvis (tachado)

f Ms.: fecisset (tachado)

g Ms. varias palabras tachadas

h Ms. dos palabras ilegibles

i Ms. una palabra tachada

j Ms. una palabra ilegible, que suplimos en cuanto al sentido

k Ms.: in (repetido)

Apostolus adducit solum figurative, et quod erat figurativum et spiritualiter dictum de Christo, [quoniam homo in communi non est figura Christi]. Unde S. Thomas de Potentia q. 4, art. 1, docet quod qui habuerit unum sensum litteralem, non debet coarctare reliquos; hoc enim pertinet ad dignitatem sacrarum litterarum, ut eisdem verbis multos satisfaciatur et prodest; 2.^o ut facilius respondeamus haereticis per unum et alium sensum; 3.^o quoniam Spiritus Sanctus vidit utrunque sensum esse catholicum et utilem, non est dicendum quod Spiritus Sanctus re fecerit [aequivocum].

Ad argumentum respondeo quod sunt rara loca habentia duos sensus; et hoc non est inconveniens. 2.^o resp. quod [f. 118v] *debet*¹ sumi uterque sensus ex interpretatione sanctorum et ecclesiae. Et 3.^o dico quod non sumuntur disiunctive, sed copulative, quoniam una voce simul et diversa affirmantur et cognoscuntur; neque unus alteri contrariatur.

[65] Ultimum dubium est an ex solo sensu litterali trahatur argumentum ad persuadendum. Probo quod ex omnibus. Prob. ex Apostolo 1 Corinth. c. 9, [9], ubi ex sensu tropologico fecit argumentum dicens: non alligabis os bovi. Et Rom. 10, [18] adduxit illud, in omnem terram exivit sonus eorum, allegorice ad probandum quod apostoli *inter vivos* [?] sunt auditi.

Ad hoc dubium respondeo cum S. Thoma in solutione ad primum dicente *quod ex*^m sensu solo litterali trahitur argumentum, non ex his, quae secundum allegoriam dicuntur. Prob. ex Augustino in epistola 15. 2.^o prob. ex Dionysio in epistola ad Titum dicente: symbolica theologia non est argumentativa; symbolica est quae est sub signis et figuris. 3.^o ex Hieronymo super Matthaeum 2. 4.^o prob. ratione S. Thomae, quodl. 7, q. 14, ad 4umⁿ, quoniam sensus spiritualis in hoc consistit, quia una res assimilatur alteri; sed una et eadem res potest pluribus assimilariⁿ et sic non valet argumentum a simili, quoniam si in una re est similis, in aliis dis-

1 Ms.: debent

m Ms.: ex quo

n Ms. cita según el modo antiguo; hoy sería: quodl. 7, q. 6, a. 1, ad 4um. Las ediciones antiguas de los quodlibetos de Santo Tomás numeraban cada artículo como cuestión distinta; cfr. R. SPIAZZI, *S. Thomae Aquinatis Quaestiones quodlibetales*. Edit. 9, Torino 1956, p. XIX

ñ Ms.: multis (superfluo)

similis; unde est ac in logica ex principiis *particularibus* ° argumentari.

Ad argumentum Apostoli resp.: duplex argumentum potest theologus facere: primum demonstrative et convincens; 2.º a simili et verosimilibus. Et sic quando vult persuadere aliquid non solum utitur demonstratione, sed ut orator et rhetor probabiliter.

Sed dices: sensus spiritualis est verus, sicut litteralis, et illum intendit Spiritus Sanctus, immo aliquando principaliter; ergo potest trahi argumentum.

Resp. quod si constat quod sensus spiritualis est ille, quem Spiritus Sanctus intendebat, et est *determinatus* p ab ecclesia vel ab aliquo apostolo q potest trahi argumentum. Verbi gratia, ut est illud: non alligabis os bovis, nam hoc ab Apostolo determinatum est. Tamen, si est sensus spiritualis ab aliquo homine, non potest trahi [f. 119r] argumentum, nam dicet aliquis: non est hic sensus spiritualis; et sic non potest ex illo persuadere, bene tamen ex sensu litterali.

Nota ad solutionem 2i, est enim mendum: dicitur ibi etymologia, et dicendum est aetiologia: aetion, id est, causa; logos, sermo; hoc est: causa sermonis.

Q. 2.^a De Deo.

Art. 1. An Deus sit.

o Ms.: *particularis*

p Ms.: *determinatum*

q Ms.: *est (tachado)*